# ORATIONUM ALBERTI HUNGERI,

SS. THEOLOGIÆ DOCTORIS, PROFESSORIS, ET INGOLSTADIENSIS ACADEMIÆ MAGNIFICI Procancellarij, &c.

Tomus Secundus.

*ANNO*  *M.DC.XV.*

*Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest.*

INGOLSTADII,

*Ex Typographeo Ederiano apud Elisabetham Angermariam.*

Et viua virtute magis, quàm laude relicta
Fultus inextinctũ mittis super æthera nomen.
Atq; vtinam Phœbo mihi tam præsente liceret
Vtier, inq; tuas dare vela patentia laudes:
Non ego transierim vel digna Maronide Musa
Dona tot, ornatum doctrinæ, & pectoris alti
Diuitias, variumq; decus, sanctosq; labores.
Nunc votis successus abest, & carmine rapto
Extremas rerum mihi stringere vix datur oras.
Sed neque qui Lauros Cedrumque mærentia cantant,
Istriaci vates, animo gratissima nostro
Pectora, non eadem longè lateq; sonoro
Certatim sublimè ferent ad sydera versu.
Hi primà aggressi laudum cunabula, dicent
Et genus, & multa cumulatos laude Parentes;
Hinc quasi Phœbeam tenebrosi lampada Iuris,
VVolffgangum genitorem, æqui quem Spira tribunal
Supremum, qua se Romana potentia terris
Explicat, audiuit populis oracula dantem;
Audiuit Bauari Doctorem maximus orbis
Albertus Pater ipse: & quem crudelia passum
Funera fleuerunt ripæq; binominis Istri,
Isaraq;, & patrijs Oenus tunc auctior vndis:
Hinc

*Hinc porrò referent non inferiore Camœna*
*Illustrem, tua quam mater multo optima famam,*
*Hungere, emeruit: referent quæ cura sacrorũ,*
*Quodque illi fuerit studium, prudentia quanta,*
*Plusquam fœmineo sub pectore. Id insuper addent,*
*Vt chari post fata diu defleta mariti,*
*Æthera concipiens animo, sedesque beatas,*
*Incertosque obitus, & amaram funeris horam,*
*Sacrarit seseque Deo, ac sapienter in illum*
*Transtulerit cunctos vitæ mortalis amores.*
*Qualis apud Solymos quondam Phanuelias Anna,*
*Noctes atque dies templi sacra limina seruans,*
*Implebat Cœlum precibus, Diuosque vocabat,*
*In Sanctis viduos ducens mœroribus annos.*
*His vbi doctiloquo fuerit sua gloria cantu,*
*Perque solutus honos, venam tum carminis omnem*
*In te te, ac proprij laudes traducere Martis*
*Conueniet. Quantum vero mare, quamque patentes*
*Hic iterum campos Musis sit obire necessum!*
*Altius, atque velut capite arcessantur ab ipso,*

*Namque opus est, laudata tuæ decora omnia vitæ*
*Nec modo cantandũ, quæ vis, quæ gratia fandi,*
*Verborumque lepos, quam melle fluentia labra*
*Insideat Pitho, linguaque sit amplius vna*
*Os tibi facundum; nec quod florentia Tempe*
*Felicis Sophiæ multumque diuque pererrans,*
*Dædaleæ latebras Naturæ intraueris imas:*
*Id verum dictis vnum magis omnibus addi*
*Postulat, & plectro longe est grauiore canendũ:*
*Quod pietatis iter non molle secutus, & alto*
*Pectore proculcãs, vulgo quæ summa putãtur,*
*Gloriolam, fastusque breues, perituraque vitæ*
*Gaudia, te Christi vigilem sacraueris aræ*
*Custodem, curis flagrans melioribus intus;*
*Dum gemino testata libro mysteria Diuûm*
*Rimaris, Patrum dum fida volumina versas:*
*Nec tædet longam studij tam nobilis ergô*
*Ire viam, nec te Romanum inuisere Tybrim.*
*At quis enim tacito, nisi mutus & inuidus, ore*
*Dissimulet, iuuenis qua cognitione sacrorum*
*Tot senibus rude donandis, eademque professis*
*Tu præeas, nulli calamo linguaue secundus?*
*Boiarus hoc orbis iactat: scit Teutona tellus*
*Omnis: & Istriaci nouêre theatra Lycei,*
*Quæ mirata tuam, sacris de rebus agentis*

*E do-*

*E docta vocem Cathedra; tum mentis acumen,*
*Quodq́; adeo paucis vix vsu trita senectus*
*Iudicium prudens acuit; mirata nitorem;*
*Iurataq́; Deo vitæ iubar, & sine fædo*
*Crimine conspicuos, fama sine vulnere mores:*
*Ipsa vltrò Regem sibi te legêre, tuisq́;*
*Gauisi imperiis populiq́; Patresq́; fuere.*
*Et memini, sic certe alios audisse fatentes,*
*Et subscribo lubens iisdem, ac liberrimus aio:*
*(Nec verbi moror inuidiam) te tale gerentem*
*Munus, in innumeros pateat licet vndiq́; Momos,*
*Sic tamen ad rectam solidæ rationis amussim,*
*Et texisse bonos, & castigasse nocentes,*
*Vt iuste clemens, iustus clementer vt esses;*
*Nec rigidè gestum quicquam, gestumue remisse,*
*Lyncea fama tibi queat obiicere: hacq́; vel vni*
*Vel tibi cum paucis concessum laude potiri.*
*Hæc vero, nobis quæ vix à limine primo*
*Tacta vides, & quæ vix tactis plura supersunt,*
*Latius illustriacis linquo fundenda Poëtis,*
*Queis Musæ faciles, & diuitis ingenij vis.*
*Verum ego laxatis fidibus, citharaque reposta*
*Absistens, mutæ reddam me Pæonis arti:*
*Nec tamen hoc creber repetens non ante manebo,*

Hortator fuero quamuis inidoneus, vt te
Labenti impendas Patriæ, tam tempore duro,
Quo pietas, quo prisca Fides, rectique cupido,
Extremos hominum sunt deportata sub Indos.
Si quid sacrorum tenebris, si nocte tegatur,
Quod trahat in præceps, incautaque pectora fallat,
Tu radios adhibe, tu (nam potes) affere lucem,
Hæreticasque aperi fraudes, artemq; Pelasgam.
Illa (viden'?) Petri nauis quo turbine fertur?
Quæ vada, quos scopulos, quam non experta Charybdin,
Per medios hostes, per mille prementia tela?
Illa tibi se commendat: te fessa precatur
Subsidio venias: nam plures nacta Magistros,
Quos optare solet, similes, instructaq; tali
Remigio, casus audentior iret in omnes:
Tartareus quamuis scelerũ pater ipse Sathanas
Infestas hyemes, miscens maria omnia Cælo,
Effundat, centumq; acies, centum agmina contra
Armet agẽs, Orcumq; ferox immittat apertũ:
Quamuis Hæresewn, tali quæ plurima Ponto
Monstra natant, Cadmæa cohors, cui mutua semper
Prælia dant stragem, concordiaq; omnis in hoc stat,


Quod

*Quod iunctis vexent odiis ac viribus omnes,*
*Fœdifragi nauem, quam deseruere, Petrinam,*
*Hinc atq; hinc variis quãuis assultibus instent:*
*Nec desint, qui se, sua qui iam castra relinqui*
*Quum videant, fœdis fusi, dirisq; suorum*
*Vulneribus, (nec enim manifesta abscondere possunt)*
*Lilia si casura tamen, si Punica grana,*
*Impia spes data sit, maior licet hostis haberet,*
*Dum sanctam iactura ratem modo tangeret, vltro*
*Ingentes tollant animos, ipsiq; coronent*
*Se quasi victores. En magni caussa Triumphi.*
*Nate Dei, cuius manet immutabile Verbum,*
*Et promissa fides, qua vel prius axis vterque*
*Cælorum frangetur, & hæc amplissima rerum*
*Machina fumus erit, tu, qui tua signa secutis*
*Affore te dixti, dum terra manebit & æther,*
*Tu medios æstus inter, mundique procellas*
*Ipse gubernator fluitantem dirige puppim,*
*Christe, tuam: vigiles Cælo demitte ministros,*
*Remigium supple: cunctum defende furorem,*
*Tergeminiq; minas hostis: tu pectora Regum*
*Ad tua reflectas miseratus sacra: domumq;*
*Boiaricam, veraque Duces pietatis Atlantas,*
*Numine propitio serues: da pulsa facessat*
*Tandem dira fames: fugiat, da, corpora morbi*

*Triste, nouumque genus: non altera classica post*
*hac*
*Audiat, heu nimium ciuili sanguine pridem*
*Orbis vbique madens, quam quæ concessa na-*
*uare*
*Prælia, Marte pio moneant quæ tendere contra*
*Hostem, Christe, tuum, vastatoremq́; tuorum,*
*Infandum Mahometiaden, fælicibus æquè*
*Auspiciis, precor, vt nuper te perfidus ille*
*Sensit, Turciacis ad Echinadas ossibus albas,*
*Quum genti supremæ tuæ, dirumque pararet*
*Impius exitium, manifesto numine coram*
*Sternentem letho, captosque in vincla trahen-*
*tem*
*Millia multa virum, tot classes montibus a-*
*quas,*
*Sacrilego vt flueret rubicundus sanguine Pon-*
*tus.*
*Hæc precor, hæc precibus, Pater ô, non abnue*
*nostris.*



INDEX



# INDEX ORATIONVM D. ALBERTI HVNGERI.

## Secundi Tomi.


XIX. De

XXVIII. De


XXXIX. In-

XXXIX. Ingolſtadienſis Academiæ acroama.

XL. De Medicinæ præſtantia & neceſſitate, ad conſeruandam & prolongandam vitam humanam.



APPRO-




# APPROBATIO.

*SEcundus iste tomus Orationum viri Clarissimi Alberti Hungeri Ingolstadiensis Academiæ dum viueret Professoris & Procancellarij longè præstantissimi, excellens Auctoris ingenium, iudicium exactum, præclaram vitæ morumq́; sanctimoniam & integritatem eruditamq; facundiam liquido satis patefacit quemadmodum & primus iam euulgatus, ac proinde nō minore quam ille fructu prælo committetur & publicabitur. Ingolstadij 1614. Octobris 13.*

Ioannes Mocquetius Societatis Iesv sacræ Theologiæ Doctor ac Professor Ordinarius, & hoc tempore Facultatis Theologicæ Decanus.

ORA-



# ORATIONES MAGNIFICI DOMINI D. ALBERTI HVNGERI, SS. THEOLOGIÆ DOCTORIS, PROFESSORIS, ET Ingolstadiensis Academiæ Procancellarij, &c.

## ORATIO I.

## DE NECESSITATE VNIVS, VERÆ, INTEGRÆ AC PERFECTÆ fidei.

VETVS *& vera est*, Illustrissime Marchio, Rector Magnifice, cæteriq; auditores præstantissimi, cœtus amplissime, *vetus & vera est illa Tertulliani, non modo Theologi sed & Iureconsulti eximij sententia, tum ab aliis alias, tum nuper quoque à quodam Matthæo VVesenbecio*

 *Theo-*

*calo errant, qui calum sibi promittunt, modo Christum verum Deum, & verum hominem pro salute humani generis passum & mortuum credant, & ex prascripto conscientia sua viuant, tametsi interim de cateris vel nihil vel parum adeoq; vel nullo vel quoquo modo credant.*

*Certa & diserta est illa doctissimi & sanctissimi Rauennatum Archiepiscopi Petri Chrysologi ante annos mille secundum scriptura sacra analogiam scripta sententia.* Deus vt nõ vult contemni, ita non ignorari. *Sic enim & vas electionis ac Doctor gentium Paulus:* Sine fide *(vtiq; sine vera, sine integra)* impossibile est placere Deo. *Qua namq; Christiana est, qua vna apud omnes est, ea vtiq; etiam vera est, vtiq; integra est. Et Christus ipse:* Qui non crediderit, *inquit*, condemnabitur. *Non inquit definite, qui hoc vel illud non crediderit, sed absolutè, qui non crediderit, quicquid tandem sit istud credendorum, condemnabitur. Vna enim est fidei nostra ratio, prima veritas loquens nobis per Ecclesiam. Quam rationem si vel in vno contemnimus aut negligimus, frustra nos per eam catera gloriamur credere. Vnde & illud in scholis Theologorum natum*

*natum axioma, longe profecto verißimũ, longe certißimum.* Qui discredit vni articulo, discredit omnibus: *respectu videlicet fidei illius quæ diuina dicitur, qua ita vt oportet credimus. Humana enim quadam fide nil obstat, quo minus quis adhuc assentiatur aliјs.*

*Quadrat huc illud D. Iacobi:* Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. *Omitto iam breuitatis caussa scripturæ sacræ loca alia, omitto & Patrum complurium in perspiciendo scripturæ sacræ sensu oculatißimorum testimonia. E multis duos vel tres tantum proferam, cum & in ore duorum vel trium stet omne verbum.*

*D. Augustinus contra epistolam Petiliani sic scribit:* Quicunq; de ipso capite Christo scripturis sacris consentiunt, non autem de Ecclesia, nõ sunt in Ecclesia, quia hoc ipso etiam ab ipsius Christi testificatione dissentiunt. *Quasi dicat sapientißimus hic Pater: sic ista cohærent inter se omnia, vt qui vnum credit vti oportet, & reliqua credat, qui vnum non credit, nec reliqua credat.*

*Audiamus D. Cyprianum, qui lib. 5. epist. 6. ita proloquitur:* Neq; enim Dominus no-

*Theologo quidem non bono, at Iureconsulto fortassis non malo sæpius repetita, & in amicorum suorum libellos instar symboli cuiusdam scriptitata.* A veritate diuertere nemini expedit, qui meminerit futuri iudicij, in quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal astare, reddentes rationem inprimis ipsius fidei. *Digna profectò sententia, quæ in scripturis diuinis tradita, à duobus iam nominatis Iureconsultis vsurpata, commendata, inculcata, in celebritate ista Doctorali duorum itidem Iureconsultorum, quando omnino Theologicum aliquid pro officij & professionis meæ ratione tractandum est, studiosæ iuuentuti explicetur, vt videat illa quam de rebus omnibus præsertim autem de religionis & fidei negotio vulgatum illud piorum Iureconsultorum adagium, è regij Prophetæ psalmodia depromptum, ipsorum oculis obuersari semper debeat.* A vultu tuo Domine iudicium meum prodeat, *vt tandem etiam ante vultum Domini in illa die tremenda vltimi iudicij rationem quisque possit reddere inprimis ipsius fidei: cuius nimirum tametsi non solius, tamen primo loco & ante omnia instituetur inquisitio.*

Bre-

*Breuissimè igitur antequam me ad Candidatos nostros conuertam, hanc auream sententiam quadam velut paraphrasi vertam atque ostendam dilucidè, lectam quidem esse bene, sed intellectam esse malè ab isto VVesenbecio Iureconsulto VVittebergensi nuper primario, siue Lutherano, siue Caluiniano, nil moror istæ, cum non intersit plus quam inter calcariam, quod dicitur, & carbonariam. Quod dum exequor, quæso, solitam audientiam & patientiam nobilissima, ornatissima & studiosissima auditorum corona mihi dignetur impertiri.*

A veritate diuertere nemini expedit, qui futuri iudicij meminerit, in quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal astare, reddentes rationē, inprimis ipsius fidei. *Quid ista sibi volunt? quid commonent? quo commouent? Volunt, vt vnam veram, integram, & perfectam habeamus fidem: commonent huius vnius, veræ, integræ & perfectæ fidei tantam esse necessitatem, vt in illo districto Dei examine inprimis huiusce fidei ratio reddenda sit. Commouent, vt discusso veterno demus operam, non minus vt credamus rectè quam vt viuamus bene. Errant enim errant, & quidem vehementer, totoq; quod dicitur*

*Theologo quidem non bono, at Iureconsulto fortaßis non malo ſæpius repetita, & in amicorum ſuorum libellos inſtar ſymboli cuiuſdam ſcriptitata.* A veritate diuertere nemini expedit, qui meminerit futuri iudicij, in quo omnes nos neceſſe eſt apud Chriſti tribunal aſtare, reddentes rationem inprimis ipſius fidei. *Digna profectò ſententia, quæ in ſcripturis diuinis tradita, à duobus iam nominatis Iureconſultis vſurpata, commendata, inculcata, in celebritate iſta Doctorali duorum itidem Iureconſultorum, quando omnino Theologicum aliquid pro officij & profeßionis meæ ratione tractandum eſt, ſtudioſæ iuuentuti explicetur, vt videat illa quam de rebus omnibus præſertim autem de religionis & fidei negotio vulgatum illud piorum Iureconſultorum adagium, è regij Prophetæ pſalmodia depromptum, ipſorum oculis obuerſari ſemper debeat.* A vultu tuo Domine iudicium meum prodeat, *vt tandem etiam ante vultum Domini in illa die tremenda vltimi iudicij rationem quiſque poßit reddere inprimis ipſius fidei: cuius nimirum tametſi non ſolius, tamen primo loco & ante omnia inſtituetur inquiſitio.*

Bre-

*Breuißimè igitur antequam me ad Candidatos nostros conuertam, hanc auream sententiam quadam velut paraphrasi vertam, atque ostendam dilucidè, lectam quidem esse bene, sed intellectam esse malè ab isto VVesenbecio Iureconsulto VVittebergensi nuper primario, siue Lutherano, siue Caluiniano, nil moror ista, cum non intersit plus quam inter calcariam, quod dicitur, & carbonariam. Quod dum exequor, quæso, solitam audientiam & patientiam nobilißima, ornatißima & studiosißima auditorum corona mihi dignetur impertiri.*

A veritate diuertere nemini expedit, qui futuri iudicij meminerit, in quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal astare, reddentes ratione, inprimis ipsius fidei. *Quid ista sibi volunt? quid commonent? quo commouent? Volunt, vt vnam veram, integram, & perfectam habeamus fidem: commonent huius vnius, vera, integræ & perfectæ fidei tantam esse necessitatem, vt in illo districto Dei examine inprimis huiusce fidei ratio reddenda sit. Commouent, vt discusso veterno demus operam, non minus vt credamus rectè quam vt viuamus bene. Errant enim errant, & quidem vehementer, totoq; quod dicitur*

*Theologo quidem non bono, at Iureconsulto fortaßis non malo sæpius repetita, & in amicorum suorum libellos instar symboli cuiusdam scriptitata.* A veritate diuertere nemini expedit, qui meminerit futuri iudicij, in quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal astare, reddentes rationem inprimis ipsius fidei. *Digna profectò sententia, quæ in scripturis diuinis tradita, à duobus iam nominatis Iureconsultis vsurpata, commendata, inculcata, in celebritate ista Doctorali duorum itidem Iureconsultorum, quando omnino Theologicum aliquid pro officij & professionis meæ ratione tractandum est, studiosæ iuuentuti explicetur, vt videat illa quam de rebus omnibus præsertim autem de religionis & fidei negotio vulgatum illud piorum Iureconsultorum adagium, è regij Prophetæ psalmodia depromptum, ipsorum oculis obuersari semper debeat.* A vultu tuo Domine iudicium meum prodeat, *vt tandem etiam ante vultum Domini in illa die tremenda vltimi iudicij rationem quisque possit reddere inprimis ipsius fidei: cuius nimirum tametsi non solius, tamen primo loco & ante omnia instituetur inquisitio.*

Bre-

*Breuissimè igitur antequam me ad Candidatos nostros conuertam, hanc auream sententiam quadam velut paraphrasi vertam, atque ostendam dilucidè, lectam quidem esse bene, sed intellectam esse malè ab isto VVesenbecio Iureconsulto VVittebergensi nuper primario, siue Lutherano, siue Caluiniano, nil moror istæ, cum non intersit plus quam inter calcariam, quod dicitur, & carbonariam. Quod dum exequor, quæso, solitam audientiam & patientiam nobilissima, ornatissima & studiosissima auditorum corona mihi dignetur impertiri.*

A veritate diuertere nemini expedit, qui futuri iudicij meminerit, in quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal astare, reddentes rationē, inprimis ipsius fidei. *Quid ista sibi volunt? quid commonent? quo commouent? Volunt, vt vnam veram, integram, & perfectam habeamus fidem: commonent huius vnius, vera, integræ & perfectæ fidei tantam esse necessitatem, vt in illo districto Dei examine inprimis huiusce fidei ratio reddenda sit. Commouent, vt discusso veterno demus operam, non minus vt credamus rectè quam vt viuamus bene. Errant enim errant, & quidem vehementer, totoq; quod dicitur*

*Theologo quidem non bono, at Iureconsulto fortaßis non malo sæpius repetita, & in amicorum suorum libellos instar symboli cuiusdam scriptitata.* A veritate diuertere nemini expedit, qui meminerit futuri iudicij, in quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal astare, reddentes rationem inprimis ipsius fidei. *Digna profectò sententia, quæ in scripturis diuinis tradita, à duobus iam nominatis Iureconsultis vsurpata, commendata, inculcata, in celebritate ista Doctorali duorum itidem Iureconsultorum, quando omnino Theologicum aliquid pro officij & professionis meæ ratione tractandum est, studiosæ iuuentuti explicetur, vt videat illa quam de rebus omnibus præsertim autem de religionis & fidei negotio vulgatum illud piorum Iureconsultorum adagium, è regij Prophetæ psalmodia depromptum, ipsorum oculis obuersari semper debeat.* A vultu tuo Domine iudicium meum prodeat, *vt tandem etiam ante vultum Domini in illa die tremenda vltimi iudicij rationem quisque poßit reddere inprimis ipsius fidei: cuius nimirum tametsi non solius, tamen primo loco & ante omnia instituetur inquisitio.*

*Bre-*

*Breuißimè igitur antequam me ad Candidatos nostros conuertam, hanc auream sententiam quadam velut paraphrasi vertam, atque ostendam dilucidè, lectam quidem esse bene, sed intellectam esse malè ab isto VVesenbecio Iureconsulto VVittebergensi nuper primario, siue Lutherano, siue Caluiniano, nil moror istæ, cum non intersit plus quam inter calcariam, quod dicitur, & carbonariam. Quod dum exequor, quæso, solitam audientiam & patientiam nobilißima, ornatißima & studiosißima auditorum corona mihi dignetur impertiri.*

A veritate diuertere nemini expedit, qui futuri iudicij meminerit, in quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal astare, reddentes ratione, inprimis ipsius fidei. *Quid ista sibi volunt? quid commonent? quo commouent? Volunt, vt vnam veram, integram, & perfectam habeamus fidem: commonent huius vnius, vera, integræ & perfectæ fidei tantam esse necessitatem, vt in illo districto Dei examine inprimis huiusce fidei ratio reddenda sit. Commouent, vt discusso veterno demus operam, non minus vt credamus rectè quam vt viuamus bene. Errant enim errant, & quidem vehementer, totoq; quod dicitur*

*cælo errant, qui cælum ſibi promittunt, modo Chriſtum verum Deum, & verum hominem pro ſalute humani generis paſſum & mortuum credant, & ex præſcripto conſcientiæ ſuæ viuant, tametſi interim de cæteris vel nihil vel parum adeoq́; vel nullo vel quoquo modo credant.*

*Certa & diſerta eſt illa doctiſsimi & ſanctiſsimi Rauennatum Archiepiſcopi Petri Chryſologi ante annos mille ſecundum ſcripturæ ſacræ analogiam ſcripta ſententia.* Deus vt nō vult contemni, ita non ignorari. *Sic enim & vas electionis ac Doctor gentium Paulus:* Sine fide *(vtiq; ſine vera, ſine integra)* impoſſibile eſt placere Deo. *Quæ namq; Chriſtiana eſt, quæ vna apud omnes eſt, ea vtiq; etiam vera eſt, vtiq; integra eſt. Et Chriſtus ipſe:* Qui non crediderit, *inquit,* condemnabitur. *Non inquit definite, qui hoc vel illud non crediderit, ſed abſolutè, qui non crediderit, quicquid tandem ſit iſtud credendorum, condemnabitur. Vna enim eſt fidei noſtræ ratio, prima veritas loquens nobis per Eccleſiam. Quam rationem ſi vel in vno contemnimus aut negligimus, fruſtra nos per eam cætera gloriamur credere. Vnde & illud in ſcholis Theologorum natum*

*natum axioma, longe profecto verißimũ, longe certißimum.* Qui discredit vni articulo, discredit omnibus: *respectu videlicet fidei illius quæ diuina dicitur, qua ita vt oportet credimus. Humana enim quadam fide nil obstat, quo minus quis adhuc assentiatur alijs.*

*Quadrat huc illud D. Iacobi:* Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. *Omitto iam breuitatis caussa scripturæ sacræ loca alia, omitto & Patrum complurium in perspiciendo scripturæ sacræ sensu oculatißimorum testimonia. E multis duos vel tres tantum proferam, cum & in ore duorum vel trium stet omne verbum.*

*D. Augustinus contra epistolam Petiliani sic scribit:* Quicunq; de ipso capite Christo scripturis sacris consentiunt, non autem de Ecclesia, nõ sunt in Ecclesia, quia hoc ipso etiam ab ipsius Christi testificatione dissentiunt. *Quasi dicat sapientißimus hic Pater: sic ista cohærent inter se omnia, vt qui vnum credit vti oportet, & reliqua credat, qui vnum non credit, nec reliqua credat.*

*Audiamus D. Cyprianum, qui lib. 1. epist. 6. ita proloquitur:* Neq; enim Dominus no-

ſter Chriſtus Ieſus, cum in Euangelio ſuo teſtaretur aduerſarios ſuos eſſe eos qui ſecum non eſſent, aliquam ſpeciem hæreſeos deſignauit, ſed omnes omnino hæreticos, qui ſecum non eſſent, aduerſarios ſuos eſſe oſtendit dicens: Qui nō eſt mecum, aduerſum me eſt; & qui mecum non colligit, ſpargit. Item B. Ioañes Apoſtolus, nec illo vllam hæreſin aut ſchiſma diſcreuit, ſed vniuerſos qui de Eccleſia exiſſent, Antichriſtos appellauit, dicens: audiſtis quia Antichriſtus venit: Nunc autem Antichriſti multi facti ſunt. *Ita B. Cyprianus.*

*Quid verò clarius dici poteſt, quam quod in ſymbolo ſuo magnus dicit Athanaſius Iureconſultus & ipſe non modo Theologus eximius:* Quicunque vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt vt teneat Catholicam fidem. Quam niſi quiſq; integrā inuiolatamq́; ſeruauerit, abſq; dubio in æternum peribit. *Niſi integram, inquit, ſeruauerit, in æternum peribit. Hinc illæ apud Theologos haud inſcitæ comparationes. Annulo comparant fidem, propterea quod ſicuti annulus nec verus eſt nec vtilis eſt, niſi continuus & integer, ita*

*&*

*& fides. Comparant & olla. Vt enim olla vel fracta minimum & debito caret sono, & debito vsu, ita & fides nisi plena fuerit atq; perfecta, res absona fuerit atq; infructuosa.*

*Memoratur in exodo prohibitum fuisse à Deo ne sibi altare ex lapide sectili strueretur. Et id non minus vera quam pulchra allegoria interpretantur Patres, fidem non nisi perfectā esse gratam Deo, sectam, inutilem, mancā quæ hoc credit illud non credit, adeo ipsi esse exosam, vt æterno eam supplicio velit multare. Simile est illud in eodem Pentateuchi libro: vbi iubetur agnus comedi Paschalis, qui sit sine macula, cuius nihil efferatur, nihil confringatur, sed quod reliquum sit, exuratur. Ad quem locum B. Gaudentius Brixianus Episcopus, D. Ambrosij Synchronus in tractatu suo secundo;* Vniuersa, *inquit*, quemadmodum tradita sunt, credere iubemur, nihil infringere videlicet neq; per inficiationem neque per dubitationem, si quid autem quispiam non perceperit, in ardore fidei erit concremandum. *Quasi dicat: Et fides nostra sine macula esse debet, nihil in ea per vllā dissensionem perfringi, sed in obsequium Dei, qui ignis cōsumens est, captiuandus intellectus*

*noster, & ita quod superest cælesti omnipotentiæ & veritatis diuinæ igni accendendum atq; consumendum.*

*Placet & illa figura, quam Cyrillus Alexandrinus vir diuinus attingit in lib. 4. super Ioannem, dum ostendit Israëlitas qui cætera quidem omnia credebant Iosue ductori suo, de terra autem promissionis dicenti nolebant credere, vel ob hanc vnam incredulitatem fuisse exclusos à terra promissionis, nequicquam illis suffragante credulitate omnium cæterorum. Quod igitur perpessi sunt isti, quis dubitat, quin & perpessuri nos simus, si quæ credenda sunt omnia, nolimus credere omnia? Sed vel inficiari aliqua, vel certe assensum suspendere de præcipuis etiam fidei capitibus, more veteris Academiæ, cuius conditor Arcesilas vt etiam refert lib. 3. Lactantius τὴν ἐποχὴν induxit, nouamq; non philosophandi philosophiam constituit.*

*Verum tamen enim vero, cum iactent omnes hoc tempore hanc vnius veræ & integræ fidei confessionem, vt quidem supradictus Iurecõsultus siue Lutheranus siue Caluinianus VVesenbecius, adeo sibi placet de sua fide, vt nõ dubitarit, quodam quasi præconio passim in libel-*

*lis*

*lis illis sodalitiis cæteros omnes, præsertim Iuris studiosos in sui prouocare & pellicere imitationem: age & illud nunc paucissimis videamus, ad formandos firmandosque animos iuniorum, quam fidenter talis aliquis VVesenbecius asstiturus sit ante tribunal Dei, ac redditurus rationem, in primis ipsius fidei quam iactat.*

*Catholicus equidem tunc ista ex parte securus erit. Demus enim quod nec ratio dat, nec fides dat, falsa esse quæ Romana Catholica credit Ecclesia, in exacto illo iudicio, cum Christus quæret, cur ita de me meisque Sacramentis credidisti? secure respondebit Catholicus,* primo quia Ecclesia per vniuersum orbem nos ita docuit, quam tu Domine audiendam iussisti: secundo quia ita docuerunt nos maiores nostri, qui eandem fidem à suis se maioribus accepisse, & illos rursus à maioribus suis, ad Apostolorum vsque tempora testati sunt, neque tempus nos scire potuimus vnquam, quo fides hæc, quæ à te Apostolis, tradita ad nos vsque per manus venisse dicitur, vel in minimo violata fuerit, maxime cum tu B. Petro Apostolo diserte promiseris, super

hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & ascensurus in cælum dixeris: Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Tertio, quia viri illi, qui fidem illam nos docuerunt & ad finem vsque vitæ retinuerunt, clarissimi fuerunt eruditione, sanctitate, imo & miraculis, in vita & post vitam. Denique quia nihil vidimus in doctrina fidei nostræ scripturis & verbis tuis repugnans. Vt enim aduersarij nostri non paucas nobis scripturas obiecerint; ita tamen illæ omnes à Doctoribus nostris ante multorum annorum centurias declaratæ fuerunt, vt plane nihil cum doctrina Catholica pugnare viderentur. Quis autem eram ego, qui fidem tam antiquam per totum orbem diffusam, tot miraculis illustratam, tanta omnium vbique Catholicorum consensione in omnibus nationibus seruatam, à tot Patribus explicatam atque probatam, reijcere auderem, vel erroris arguere?

*Contra vbi ex VVesenbecio (sistendus enim*

*&*

*& hic est iudicio) aut ex alio quopiam seu Lutherano seu Caluiniano interrogabit Dominus.* Et quid te impulit, vt relicto ouili meo ad luporum gregem te conferres? *quid poterit afferre, nisi:* Lutherus nos decepit, Caluinus seduxit. *At rursus Dominus,* quid, *inquiet,* in his Doctoribus vidisti, quod te ad fidem mutandam, & Ecclesiam tot sæculorum deserendam impelleret? Forte isti tui Doctores noui miracula ediderunt, vel forte insigni sanctitate viguerunt. Atqui tibi per Apostolum meum dictum fuerat: Si Angelus de Cælo vobis euangelisauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Si in religionis mutatione nec Angelis est fides adhibenda, quanto minus hominibus sine miraculorum testimonio, sine vitæ sanctimonia? Quales enim prædicti illi tui fuerunt nouit orbis vniuersus.

*At dicet forte VVesenbecius aut quicunque Symmysta ipsius alius.* Vidimus in Romana Ecclesia multos errores scripturis tuis nõ consentaneos. *Sed Dominus iterum.* Et à quo scripturas sacras accepistis, nonne à Romana Ecclesia, id quod nec primipi-

lares

lares vestri negare vnquam ausi fuerunt. Illa autem totis mille quingentis annis tam socors fuisse in enarrandis scripturis credenda est, vt tanto tempore non aduerteret se cum scriptura pugnare? quod si vero illa scripturas eo sensu exposuit, vt nihil cum auita fide pugnarent, cur tu nouas & inauditas expositiones secutus, vniuersum orbem erroris damnasti, & non potius Ecclesiæ fidem ac explicationes secutus fuisti? Magis enim profecto rationi consentaneum tibi videri debebat, nisi pertinax fuisses, illum esse verum scripturarum intellectum, quem per vniuersum orbem tot sæculis docuit illa Ecclesia, quæ tibi scripturas tradidit, quam illum quem post mille quingentos annos noui isti Doctores commenti sunt.

*Quis non videt, præstantissimi & humanissimi auditores, quis non intelligit ex hisce vel paucis ita redargui, ita reuinci sectarium, vt quod hiscere contra possit, non habeat, imo vt fateri cogatur, velit nolitue, fidei rationem idoneam se reddere posse nullam, E contrario autem quis non videt quis non intelligit Catholicum*

*cum tot & tanta pro religione sua habere firmamenta & incitamenta vt non immerito in illam piissimi & doctissimi Richardi vocem plenam veritatis, plenam securitatis & consolationis possit prorũpere.* Domine si decepti sumus, abs te decepti sumus. sic enim ista nobis confirmata fuerunt, vt non nisi abs te ita confirmari potuerint.

*Teneamus ergo, optimi adolescentes, sententiam illam Tertulliani Theologi, à qua orsi sumus, sed intelligenter, sed caute, ne incidamus in intelligentiam VVesenbecij Iureconsulti. Obliuiscatur sane huius sententiæ & ipse Tertullianus, non vt Theologus, sed vt Iureconsultus, quando montanizat: Obliuiscatur & VVesenbecius, qui pene videri vult non tam Iurisconsultus quam etiam Theologus, quando Lutheranizat, aut quando Caluinizat.*

*Nos memores semper verissimæ sententiæ, verissimæ intelligentiæ laudemus Deum, qui eius fidei integritatem nobis concessit, cuius rationem in die vltimi iudicij facillimam & certissimam licebit reddere. Laudemus & Candidatos nostros, ad congratulationem, qui sumus adultiores, ad imitationem qui sumus iuniores, quod laudatarum ipsi artium, & præsertim*

*ſertim Iuriſprudentiæ ſtudium ab ineunte ætate domi foriſque ita ſectati fuerint, vt ſectam tamen omnem euitauerint, & vt Iudices ipſi vel Iudicum aſſeſſores futuri in hoc ſæculo, ſemper ob oculos ſibi propoſitum habuerint iudicem etiam alterius ſæculi, cui tandem & ipſi rationem habeant reddere, tum vitæ vniuerſæ, tum inprimis ipſius fidei, qui, vt cum veteribus noſtris Theologis loquar, diſcendi magis affines quam præſumendi, credendi diligentiores quã contendendi, quæ religionis ſunt ſemper amplexi religioſe, quæ legalis ſapientiæ ſunt iam diu proſecuti ſtudioſe, ita ſeſe nuper Collegio Iuridico approbauerunt, vt ſummo conſenſu, ſummus in vtroque Iure gradus eis decretus fuerit.*

*O lætum diem Candidatis noſtris, ô candidiſſimo Candidatis noſtris notandum lapillo, ô glorioſum quoque huic ipſi Vniuerſitati noſtræ quando laborum indefeſſorum conſortia tam pulchro, tamque iuſto condecorantur præmio, quando amborum promotio tam eſt emerita, quam cura fuit amborum ſollicita, quando & iam per menſes aliquot pene ſterileſcens Iuriſprudentia, ſi fas eſt ita dicere, nouo rurſus fœtu, vno rurſus partu duos nobis edit Iureconſultos*

*tos in lucem dignitatis, in laudem Vniuersitatis, in vtilitatem vtriusque Reipub. Agite ergo, Candidati lectissimi, iurate iuramentum solitum, tum ego vobis debitum, pro vt petistis, conferam honoris titulum.* Dixi.

## ORATIO II.

## HABITA IN TRICESIMO NOBILIS ET CLARISSIMI DOMINI NICOLAI EVERHARDI I. C.



LARISSIMVM *Dominum Doctorem Nicolaum Euerhardum, Iureconsultum scholæ nostræ vere primarium, pie nuper in Christo defunctum, laudaturus*, præstantissimi cuiuscunque ordinis auditores, *cognatum meum laudaturus sum. Attamen non quia cognatum, ideo falso, sed quia vere, ideo laudabiliter. Si enim laudabile est, laudare extraneos, tametsi eorum virtus plerumque minus nobis explorata sit & cognita: cur eos, quorum vita nobis magis solet esse perspecta, laudare non item sit laudabile, tametsi nos cognationis ac consanguinitatis nexu propius contingant? An enim forte propin-*

quo

*quo propinquitas fraudi erit, ac plus valebit ad tacendum de illo cæca cuiusquam inuidia vel vana suspicio, quam ad dicendum de illo, eximia ipsius virtus & certissimum meritum? Quid quod & in ista propinqui laudatione auditor, tanquam peritus quidam rerum Iudex inter orationem & veritatem interpositus, vt immeritas laudes improbabit, ita meritas efflagitabit, verendum igitur minime, ne vltra veritatis metas prosiliam; sed contra potius, ne infra veritatem subsistam, hominisque clarissimi gloriam meis laudibus obscurem potius quã illustrem.*

*Fuit enim fuit profecto Nicolaus noster in Vniuersitate nostra, si vllus vnquam alius, is plane, cuius virtutem, doctrinam, actiones, merita, difficillimum sit imitando æquare, prædicando exprimere. Huc denique accedit, quod ille sui erga me amoris moriens hanc minime dubiam mihi significationem quasi testamento reliquit, quod me absentem rogatum voluit; vt post secessum quietis accessum hunc doloris ne detrectarem, & funebri oratione mortuo ne grauatim parentarem. Sic enim procul dubio vir optimus haud male persuasus erat, huiuscemodi laudationem non tam fore fru-*

*fructum aliquem laborum suorum, quam studiosæ iuuentuti, cuius ipse studiosissimus erat, exemplum & incitamentum ad probitatem, ad eruditionem, ad studium, ad laborem. Agite igitur auditores præstantissimi quia videtis orationem hanc mihi institutam necessario, æquis adeste animis, & si quam vultis pietatem mortuo, si quam consolationem mihi eiusque propinquis exhibere, hanc nunc benigna audientia probate atq; ostendite.*

*At quid ego de Nicolao nostro primo quid secundo loco dicam? Occurrunt innumera ad laudem apud omnes insignia, ad imitationem iuuentuti nostræ pulcherrima. Contra verò dolor mihi ingenium & dicendi facultatem omnem eripit, vulnus ex immaturo obitu clarissimi item charissimiq; Cognati mei Doctoris Georgij Euerhardi non ita pridem acceptum ita ex recentissimo isto vulnere recrudescit, ita me perturbat, vt nunquã in vita minus quam hodie mihi videar fuisse ad dicendum paratus.*

*O funus nimis triste, nimis luctuosum, ô mors, ô mors, quæ tanta strage familiam nostram tam breui temporis spatio cõquassasti, quæ post obitum charissimi Sororij mei viri doctissimi, Bo-*

*scij, charissimos quoque Cognatos meos viros doctissimos Euerhardos duos, vno pene eodemque tempore nobis eripuisti; quæ visa es fratres duos velle diuidere, vt sentiremus quidem ex vnius desiderio dolorem, at caperemus ex alterius præsentia voluptatem, nunc autem vanissima nos lactas spe, nec fratres in morte diuidis sed coniungis, nec dolore nos vno afficis sed gemino excrucias tãtumq; nõ enecas. Fortè enim mirum non foret, si morbi, si mortes istorum nos quoque per quandam naturæ sympathian conficerent. Ita quidem ego, velim, nolim, afficior, ita doleo, ita angor totus; valdeque vereor tametsi bene malim, quam male ominari, ne hac calamitas aliam post se trahat calamitatem.*

*Sed reuoco me, & ad laudes defuncti venio. De genere, de patria ipsius constare puto satis superque. Quis enim nescit Nicolaum seniorem, Imperialis Cameræ assessorem integerrimum, Iuris tum ciuilis tum canonici hic professorem celeberrimum. Quis nescit Schobericam, huius vrbis familiam primariam, ex qua vt auus meus in matrimonio habuit filiam primogenitam ita tertio genitam Doctor Nicolaus senior. Ex quibus quidem*

*dem parentibus ortus Nicolaus etiam Iunior, optimam naturæ ſuæ indolem, optimorum parentum, ductu auſpicioque, ita conformauit, confirmauitque tum bonis moribus, tum bonarum artium ſtudiis vt hoc nomine mox primis ab annis chariſſimus eſſet non ſolum parentibus amantiſſimis, ſed & Præceptoribus diligentiſſimis & fœliciſſimis Gotthardo, Zettelio, Pedionæo, aliiſque pluribus quos tunc Vniuerſitas iſta cum humaniorum literarum, tum Rhetorices & Dialectices Profeſſores habebat.*

*Inde factum quoque, vt cum naturæ quadam inclinatione ad parentis ſtudia ferri videretur, mature fuerit Iuriſprudentiæ ſtudio mancipatus. In qua diſciplina mox eos fecit progreſſus, ea iecit fundamenta mirantibus omnibus, vt adhuc valde iuuenis primo quidem in Galliam dein etiam in Italiam magno ſuo cum fructu tranſmitti poſſe videretur. Vbi quemadmodum ſeſe geſſerit: euentus optatiſſimus pulcherrime declarauit. Non ille more multorum, qui ſtatim ſapiunt, qui ſtatim ſciunt omnia, neminem verentur, neminem imitantur, ipſi ſibi exempla ſunt, ſed præcipuam hanc ſemper prudentiam ſibi reputabat,*

*quod alios prudentiores arbitraretur, præcipuam hanc semper eruditionem credebat quod discere vellet, semper ille de studiis aut de officiis vitæ consulebat, nemo Præceptoribus suis fidelior, nemo assiduus magis, nemo ab improborum sodalitio alienus magis, nemo bonorum & eruditorum familiaritati addictus magis, nemo temperantiæ laude clarior, nemo sagacitate ingenij celerior, nemo ardore studij excitatior. Ingenio ingeniosos, labore laboriosos, vtraq; laude præstantes, vtraq; laude vel æquabat, vel multum etiam superabat. Quapropter in almo Bononiensi Gymnasio doctorea in vtroq; Iure laurea, tanta cum laude, tanto cum consensu insignitus, vt in calce solennis prærogatiuæ apertè testati sint examinatores nullo penitus penitusq; discrepante hunc ei gradum obtigisse.*

*Mox à Serenissimo Principe nostro Alberto fœlicissimæ memoriæ, annum ætatis vixdum vicesimum primum egressus, citra difficultatem omnem in Professorem Ingolstadiensem assumitur. Sciebat enim prudentissimus Heros quanti referret ad communem reipub. vtilitatem dignitatemq; tuendam & retinendam, nō solum præmiis ornare atque augere seniores,*

*sed*

*ſed etiam oblatis conditionibus excitare & fouere Iuniores, ac veluti alere eos ad laudem Seniorum ſequendam & aſſequendam. Sciebat vix vllum tam clarum eſſe ingenium quod valdè clareſcat & eluceſcat, niſi prius materia, occaſio, & fautor ipſi contigerit.*

*Hac ergo ducali beneuolentia animatus noſter Nicolaus, hac excitatus libertate verſandi in ſchola, in curia dicendi faciendi non quod in ſyllabis & apicibus eſſet legum, ſed quod in mente & ſententia eſſet Legiſlatoris, tam alacer erat ſemper, tam impiger in docendo, diſputando, conſulendo, tam cordatus in regendo, vt ipſum quidem boni omnes ſemper amarent, ipſe vero malos nullos vnquam metueret.*

*Vidi ego intra annos hos viginti, quibus Profeſſorem ago, nō ſemel ferocientes quorundam animos mira animi magnitudine & digna Magiſtratu acrimonia, non tamen ſine periculo, ſtatim ab eo compreſſos & perdomitos. Idquod pulchra etiam ad ipſum apoſtrophe nō inelegans Poëta teſtatus eſt.* Vidi, *inquit ille:*

Vidi ego ſeditio nuper cum fortè coorta,
Et fera nocturnas rutilarant arma per vmbras,

Nobilis ex omni fremeret parte arma iuuentus,
Arma date & ferte arma citi, clamarat ad arma,
Quam medios inter vah imperterritus enses
Pacis amans, pacemq; petens componere, strages
Et regeres dictis animos & pectora, teq;
Inflammatæ omnis caderet rectore iuuentæ;
Feruor, & ipsa animos furibundos poneret vltro.

*Nempe pro repub. nullum ille periculum, nullum discrimen sibi refugiendum putabat, crebro vsurpans vocem illā verißimam.* Magistratum, Deus tuetur. *Hac via incedens ad eam opinionem & authoritatem facilè euasit, vt nullum negotium tam difficile, nulla consultatio tam ardua incideret ad quam ille propter singularem eruditionem, peritiam, prudentiam, animi magnitudinem non videretur commodißimus.*

*Sic à diuersis principibus à diuersis ciuitatibus in caußis grauißimis ipsius expetitum sæpißimè*

*pißimè fuit iudicium, sic domus eius huius vrbis quoddam fuit quasi oraculum, sic in Concilio Ducali, quod hic est, inter Consiliarios primas semper tenuit, sic sententiam non raro rogatus est in aula, non raro rogatus ex aula, aliquando etiam Legatus missus ab aula in Lotharingiam ad fratrem matremque Serenissimæ Dominæ nostræ, in Saxoniam ad Illustrissimum & potentißimum Ducem Augustum.*

*Sic euocatus ab amplißimo Præposito Eluacensi negotium, quod magnos quosdam principes, eorumq́ consultißimos Consiliarios iamdiu exercuerat & fatigauerat, ipse mira dexteritate paucorum dierum spatio confecit tam fœliciter, vt Præpositus ille liberaliter donato annuos insuper Florenos centum in omnem ipsi vitam soluendos constituerit.*

*Sic euocatus à Reuerendißimo Abbate Fuldensi in postremis Comitiis Augustanis toto audiente Imperio Abbatis illius caussam tam egit grauiter vt insignem legalis scientiæ, prudētiæ, integritatis laudē apud omnes reportauerit, & cum plurimi aßiderent Consiliarij, qui ipsum hic in studio Iuris Professorem audierant, hi non iam illum duntaxat pro Præ-*

*ceptore, sed & pro Consiliario Consiliariorum gratis animis habuerint, atque coluerint.*

*Sic in præcipuis quoque huius Academiæ negotiis præcipuus ipse semper consultor & adiutor, vel hoc ipsum quoque, quicquid est in Academia nostrorum ædificiorum, Collegium Patrum Societatis, Collegium Georgianum quasi architectus quidam cõstruendum curauit, ipse Serenissimi Principis nostri nomine materiem abducendam, formam inducendam curauit, operariis singulis septimanis exoluit mercedẽ. Multæ profecto magnæq; in re ista molestiæ, sed qui in omni vita publicum bonum sibi habuerat propositum, etiam hic se promptissimũ præbebat dummodo spes esset ad Catholicæ religionis, ad reipub. Christianæ emolumentum & incrementum, hoc quid esset, operæ & operis, esse cessurum.*

*Omnium vero iucundissima illi accidebat templi quod Patrum Collegio & Bibliothecæ Academicæ adiunctum, exædificatio, de qua domi suæ lætabundus & gratulabundus aliquando in has auditus est voces prorumpere,* Gaudeo ex animo, mihique ipsi gratulor, quod tametsi templum de meo ædificare nondum potuerim, sed nec fortè potue-

potuero, iam tamen de alieno meæ fidei commiſſo ædificauerim. *Longe equidem alio ille ſpiritu quam nouatores noſtri, ducebatur, huic vt videtis ſtudium magnum erat, excitare & extollere conſecranda, iſtis voluptas magna, diruere & prophanare conſecrata: flagrabat ille zelo religionis veteris, inſeruiunt iſti nouitatis ſtudio.*

*At ille quidem, dictu mirabile, tametſi arderet zelo iſto, adeo vt cum inſtitueretur viſitatio Bauarica & examen religionis paſſim in omnibus pagis & ciuitatibus, atque ipſe quoque vnà cum Theologis tum hîc tum aliis quibuſdam in locis rebus conſultor adeſſet, tamen propter eximiam doctrinã, rerum magnarum vſum, integritatẽ, ſynceritatem dictorũ factorumque ſuorum conſtantiam, tanto nihiloſecius in amore & honore erat etiam apud ſectarios, vt norim ego ampliſſimas Lutheranorum reſpub, quæ annuum ipſi ſtipendium, vel in ſolum neceſſariæ aduocationis euentum lubentiſſimè perſoluerint, vt ſciam à religionis aduerſæ hominibus ſuos homines huic potiſſimum cum ad ſtudium accederent fuiſſe commendatos.*

*Vſque adeo nil oberat illi ne quidem in præ-*

*ſenti pietas ſua, ſed proderat magis, quod videlicet Catholicorum more ſæpius in anno exomologeſin ſacram faceret, ſæpius in anno ſynaxin ſacram nec aliter vnquam quam ſub vna ſpecie acciperet, quod Conciones ſacras frequẽter & libenter cum publice audiret, tum etiam priuatim legeret, præſertim quas piiſsimus & doctiſsimus Ludouicus de Granata vtiliſsimas perſcripſit, quod conſtitutionum Eccleſiaſticarum ipſe obſeruantiſsimus præuaricatoribus quoque nunquam parceret, quod denique nihil non ſedulo ageret quod hominis vere Catholici officium poſtulat.*

*Quis igitur dubitabit, auditores præſtantiſſimi atque humaniſsimi, quin hæc ipſi pietas nunc etiam vltro magis profutura ſit in Cælis? Ego quidem certe cum norim præclaram vitam præclara morte ab ipſo eſſe concluſam, ambigere nullo modo poſſum, quin iam laboris in virtutis ſtudio exantlati mercedem optatiſsimam percipiat, ſummoque bono ſumma cum lætitia perfruatur.*

*Non igitur cum illo male ſed optime potius, ſed fæliciſsime actum videri debet, quod ex hac vita fluxa & caduca iam quinquagenarius deceſſerit. Deceſsit enim de Repub. Chriſtiana & præ-*

*præsertim de hac nostra literaria optime promeritus decessit, comitiuam dignitatem plusquam viginti septem annorum professione adeptus. Decessit Serenissimis Bauariæ Principibus charus & acceptus, à quibus etiam ad præstantiæ suæ certius testimonium, non modo stipendium maius, quam vllus vnquam ante ipsum Germanus in hac schola habuit, sed proculdubio haud paulo etiam maius paulo post fuisset habiturus, si vel paululum superuixisset, decessit, cum filium clarissimum Doctorem Gulielmum Euerhardum & Professorem ordinarium & Ducalem Consiliarium & iterum Rectorem vidisset, decessit cum filiam charissimam viro clarissimo Doctori Leonardo Rott, nuper consiliario Ducali, nunc Assessori Imperiali in matrimonium collocasset, decessit cum scholam hanc non tam efflorescere quam deflorescere vidisset, quæ res ei desiderium manendi paruum, decedendi magnum certè potuit afferre, decessit celebris in schola, celebris in foro, propter famam virtutis & doctrinæ ipse adhuc sibi superstes. Decessit non acuto morbo excruciatus, nõ magnis doloribus afflictus, sed leni ac lenta quadam resolutione veluti à Deo euocatus.*

*Quid*

*Quid ergo tantopere Nicolaum hunc nostrum lugemus, cur non potius nosmet ipsos lugemus ob ea mala quibus nos relicti sumus, & quæ nobis ipsis aggeremus nisi syncero animo Deo nos addixerimus, ac præteritis iis quæ nos prætereunt ad supernam vitam properauerimus, terramque etiam adhuc in terra versantes reliquerimus.*

*Agite igitur auditores ornatissimi, cuius hodie tricesimus celebratus est, Magnifico nobili clarissimo Iure consulto Doctori Nicolao Euerhardo scholæ nostræ lumini & columini pie à Deo precemur, eius memoriam grata recordatione colamus, eius familiam, vxorem, liberos commendatos nobis habeamus, eius ad virtutem & doctrinam exempla libenter sequamur, vt quæ his proposita sunt præmia, etiam fæliciter assequamur.* Dixi.



ORATI-

## ORATIVNCVLA III.

# DE SOLIS SEV LVCIS AC SALIS VTILITATE.



ETVS *est sententia*, Reuerendi & clarissimi viri, cæterique huius actus spectatores testesque ornatissimi, *Sole ac Sale nihil vtilius. Vnde factum existimo, vt Christus partim laudaturus, partim hortaturus Apostolos suos*, Vos estis sal terræ, vos estis lux mundi, *his eos verbis appellauerit: Sal terræ tollens corruptionem, putredinem & graueolentiam vitiorum, Lux mundi discutiens ignorantiæ tenebras, fugans noctem peccatorum, diem vehens iustitiæ & sanctitatis.*

*Vt vero Salem, nisi infatuatus fuerit, nemo abijcit nec proculcat, sed in honore habet & precio, pariter vt lucernam nemo solet ponere sub modio sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt; sic equidem qui instar Solis ac Salis pro sua quisque virili prosunt cæteris, merito etiam in honore & amore esse debēt apud omnes, quotquot vel micam habent Salis sapientiæ vel scintillam rationis rectæ.*

*Cum*

*Cum igitur præsens Dominus Candidatus, Halæ, quæ ciuitas ἀπὸ τῆς ἁλὸς, hoc est, à Sale dicta est, vere sit Sal ipse, vere etiam lumen quoddam & columen (iam enim istic per annos sex parochum dignißimum ac laudatißimum agit) iure profecto suo obtinet quem petiuit Licentiæ Theologicæ gradum. Operam dedit is Philosophiæ in almo Romano Gymnasio, Dilingæ, in almo Viennensi Gymnasio, alumnus fuit Reuerendißimi & Illustrißimi Archiepiscopi Salisburgensis piißimæ memoriæ, creatus itidem Baccalaureus formatus SS. Theologiæ apud Viennenses, ob doctrinam & virtutem charus habitus & acceptus omnibus. Quid ni igitur qui iam diu cæterorum in fide & vita simul quoddam quasi condimentum, à nobis nunc laborum suorum aliquanto maius ferat ornamentum, qui hactenus præluxit aliis, pietatis exemplare iam quasi constituatur super candelabrum, publicoque testimonio declaretur dignus, qui etiam doctoralia in Theologicis insignia cum voluerit, adipiscatur.*

*Age igitur Reuerende & perdocte Domine Candidate præsta fidei Catholicæ professionem, & cætera de more iuranda iura, tum ego absque cunctatione vlla expetito te honoris titulo*

ex

*ex Facultatis nostræ vnanimi consensu condecorabo.*

## ORATIO IV.

# PHILOSOPHIA VERA VNDE ET A QVIBVS SIT HAVRIENDA.

PHILOSOPHIÆ *cum duæ sint partes*, Magnifice Domine Rector, illustres ac generosi Comites, atque Barones, cæterique vel status dignitate vel generis nobilitate, vel doctrinæ ac virtutis profectu studioue ornatissimi auditores, *Philosophiæ inquam cum duæ sint partes, vna quæ ad cognitionem & contemplationem refertur, altera quæ ad actionem. quæsitum fuit à Veteribus, fortassis haud immerito, vtra alteri sit anteponenda. Et abiere doctiores omnes in hanc sententiam, vt speculatiuam quidem nobiliorem, practicam vero vtiliorem dicerent, sic suum cuique ius, sic suam cuique prærogatiuam attribuentes.*

*At vnde duplicis huiusce partis cognitio potissimum haurienda esset, non fuit tam certum & expeditum, quin hic errarint grauiter ij ipsi qui illic senserũt optime, pronunciarunt verissime.*

*ſime. Qui enim ex philoſophis Ethnicis ita de iſtarum duarum partium nobilitate & utilitate iudicarunt ut diximus, tametſi in multis præcipuis utriuſque partis quæſtionibus hallucinarentur, & aberrarent grauiſſime, è ſuis tamen potiſſimum libris utriuſque partis ſcientiam quærendam atque percipiendam contenderunt, adeo certe ut illi Græcorum Philoſophi nō ſolum ſeſe Philoſophos φιλοσοφοτάτους ſeu præſtantiſſimos Philoſophorum omnium, uerum etiam Philoſophorum ſeu Sapientum omnium primos iactitauerint.*

*At primos minime fuiſſe oſtendi iam olim in oratione quadam itidem in actu philoſophico triginta Candidatorum hoc ipſo ex loco habita, cui poſtea typis excuſæ titulū de prima & præſtantiſſima Philoſophia inſcripſi. Quoniam vero neque ſapientiſſimos fuiſſe tam breuiter tunc oſtendi, ut ſi plura hodie eam in rem attulero, nihil ſuperuacaneum, nihil moleſtum, vel lectori orationis illius, vel auditori orationis huius facturus uidear, decretum eſt hanc contentionem atque comparationem Philoſophiæ ethnicæ cum Philoſophia Chriſtiana ueluti pertexere, vobiſque auditores præſtantiſſimi conſiderandam hodie proponere, uos quæſo, dicen-*

*dicenti breuißime linguis animisque fauete.*

*De rebus diuinis, de rerum natura, de moribus, haud nego, præclare tradidere non pauca Pythagoras, Plato, Aristoteles & vtriusque istorum communis Præceptor Socrates, Lucanus, aliique post hos Philosophi ethnici complures, ex Pythagoricis Hippodamus, Hipparchus, Teages, Metopus, Dinias, Architas Tarentinus, Crito, Polus, quorum etiam num hodie ex interpretatione Gulielmi Canteri extant fragmenta, ex Platonicis Plotinus, Iamblichus, Proclus, Alcinous, quos ipsos quoque hodie in manibus habemus, ex Aristotelicis Alexãder Aphrodiseus, Simplicius Cilix, Auerroes Cordubensis aliique huius notæ plures. Insuper ad imitationem siue virtutis amplectendæ, siue vitij fugiendi videre est, cum apud hos ipsos, quos recensui, tum apud alios ethnicos scriptores exempla plurima; sed quid hæc omnia ad philosophiam Christianorum, ad vitam & res gestas sanctorum?*

*Audiamus Pythagoram, quot sunt intolerandi eius errores, audiamus Platonem & Aristotelem, quoties illi & quam perniciose impingunt, audiamus cæteros quoque Socratem, Diogenem, nouos veteresq; Academicos, non scien-*

*tiam sed inscitiam inter se partientes. Extat Plutarchi libellus de placitis veterum philosophorum, extat Laërtius de vitis & dogmatibus philosophorum, Hesichius de viris, eruditione ethnica videlicet, illustribus, extat è nostris Lactantius de diuinis institutionibus, Eusebius de præparatione Euangelica, Theodoretus de Græcanicarum affectionum curationibus. Apud hos partim notata, partim etiam confutata est istorum multiplex vanitas falsitasq́. Scilicet hi prophanissimi homines à vera religione alienissimi, de Deo & de rebus diuinis plura à semetipsis didicerunt, quã Christiani à Christo? aut de rerum natura, de mundi opificio, de anima plus ipsi ex seipsis quam alij ex ipsa Conditoris reuelatione scire potuerunt?*

*Sanè inter omnes mentis sanæ illud constat, quemcunq; artificem de sui operis ratione posse omnium verissimè ac optimè loqui, esseq; ipsi plus in ea re adhibendum fidei quam alijs omnibus. At verò cuius artificis opus est hic mundus, alterius ne quam Dei ter Opt. Max.? Quis igitur rerum in eo omnium caussas, momenta, effectus, existendi modos rectius, verius, certius quam ille ipse tradere queat? Et quis tam*

*vecors*

*vecors qui illum non præ cæteris omnibus audiendum putet?*

*Glorientur philosophi illi ethnici quantum voluerint, de sua rerum naturalium scientia. Quam ipsi incerta, quam dubia, quam pugnantia de istis docuerint, is quem paulo ante nominaui, Plutarchus Cheronæus in libello suo de placitis ita ostendit, vt ne duos quidem in rerum creatarum cognitione inter se vnquam satis consensisse ostendat.*

*Itaque vt verbis vtar sanctissimi martyris & doctissimi Patris Irenæi lib. 2. aduersus hæreses cap. 2.* Cui credemus magis de mundo, istisne tam inconstantia garrientibus, an discipulis Domini, an fideli eius seruo Moysi, qui primo Genesin mundi enarrauit? *Esto non ita rationibus isti egerint ad persuadendum, vt philosophi illi in suis auscultationibus Physicis vel Metaphysicis, in operibus suis siue acroamaticis siue exotericis. Non hoc contendimus, sed illud volumus, quæ sunt præcipua, quæ sunt veluti fundamenta omnis veræ Philosophiæ, ea tam clare, tam certò haberi ex scriptura quam in nullo philosophorum ethnicorum.*

*Iam de morali Philoſophia, prudens enim & ſciens propero, quæ nimirum in præceptis & exemplis conſiſtit, quid commemorem? Quam multa hic quoque ignorata philoſophis Ethnicis, quæ perſpecta & indubitata fuere ſemper Chriſtianis omnibus? Mox enim in ipſo definiendo honeſto diſſenſerunt illi inter ſe; Nam aliis non eſt viſum turpe furari, ſi modò fieret aſtu, veluti Lacedæmoniis, aliis adulteria non diſplicuerunt, vti Perſis, aliis cædes & homicidia placuerunt, vt Scythis, quemadmodum lib. 1. de officiis copioſe D. Ambroſius refert.*

*Quinimò eo vſq; hæc de honeſto & turpi proceſſit diſſenſio, vt tandem diſputatum ſit, vtrum honeſtum & turpe, iuſtum & iniuſtum natura vel hominum tantum opinione conſtaret & definiendum eſſet, vt & Ariſtot. lib. 5. Ethicor. & M. Tullius lib. 1. de officiis tradiderunt, denique vt eſt apud Aul. Gellium in vna quidem Athenarum vrbe qui vixerunt philoſophi conuenire tamen de his inter ſe, quanquam à viris bonis rogati nunquam potuerint.*

*Quod ad ipſos verò bonorum & malorum fines attinet, quid obſecro iſtos inter & Chri-*

*stianos fieri potest dissimilius? Ethnici enim isti, quodnam sit summum bonum vel ignorarunt omnino, vel illud ad huius caduca & mortalis vitæ commoditatem retulerunt, nimirum vt consentaneè & consentienter naturæ hic viuamus, vt rebus omnibus abundantes viuamus, quas hæc vita requirere ac desiderare videtur. Nam summum bonum etiam ab eorum perfectissimis Stoicis & Peripateticis dicitur obtingere nobis posse in hac vita, cum est* αὐτάρκης, *id est, sufficiens siue potius* κεχορηγημένη *vt loquitur Aristot. id est, instructa & abundans omnibus, quibus benè & secundum naturam suauiter viui potest, Christiani autem philosophi id esse summum bonum docent, quod & in futura tantum vita obtineri possit, & nullis huius vitæ miseriis, incommodis, vel ærumnis impediri aut obscurari.*

*Denique quoad materiam virtutum ipsarum, & vitiorum illi numero differunt inter se, quemadmodum Lactantius monstrat lib. 6. cap. 10. Et verò multo etiam magis à nobis, vt docet idem eodem lib. cap. 4. his verbis:* Nos autem, qui hanc vitam contemnimus, alias nobis propositas habemus virtutes, de quibus philosophi ne suspicari qui-

dem potuerunt. Itaq; & virtutes quasdam ipsi pro vitiis habuerunt, & vitia quædam pro virtutibus. *Hæc ille. Quæ aliter & breuius dixit D. Augustinus libro 19. de ciuitat. Dei cap. 25.* Vbi non fuit vera religio, ibi nec vlla fuit vera virtus.

*Quid quod idem Lactantius citato lib. 6. cap. 10. diserte conqueritur philosophos illos pulcherrimam & homine maximè dignam misericordiam de numero virtutum expunxisse & inter πάθη seu passiones animi annumerasse. De humilitate constat ita philosophatos vt potius morum quandam suauitatem quam virtutem interpretarentur, neque illi viuendi magistri Plato, Aristotel. Cicero quicquam de ea in præceptis suis nobis relinquerent.*

*Huc pertinent & illa quæ D. Chrysostomus in homilia 5. super Matthæum verissime scribit.* Non sunt exigua, *inquit*, & aspernanda nostra, sed multo dogmatibus istorum celsiora. Virginitatis enim illi nec in somno imaginati sunt dignitatem, nec contemptum habendi atque ieiunia, nec quicquam aliud de subli-

miore

miore doctrina. Nostri autem Christiani philosophi non solum opus turpe condemnant, neque tantummodo conscientiam prohiberi contenti sunt, sed & aspectum impudicum, & verba minus honesta, & risum solutum, & clamorem, & habitum incessumque inordinatum, & omnino vsque ad minima deducunt diligentiam suæ disciplinæ, *sic quidem Diuus* CHRYSOSTOMVS.

*Quod si, vt est apud D.* AVGVSTINVM *in epistola 132. moneri dicimur verbis, moueri exemplis, age vbi pulchrius, vbi verius morum philosophia expressa cernitur quam in hominibus Christianis? In sanctis enim Dei nihil fucatum, nihil fictum, nihil simulatum, sed omnium verarum virtutum quasi splendor quidam, cuius & testem habent non hominem sed Deum ipsum, qui eos lucem mundi, salem terræ appellat: qui eorum & fidem & vitam miraculis solet confirmare atque illustrare.*

*Pingant si placet & fingant nobis Ethnici duodecim illos Imperatores suos siue potius*

*vt Glareanus noster in præfatione super Suetonium loquitur, duodecim illos Latrones suos, qui vel auxerunt imperium, vel auctum conseruarunt & defenderunt. Sed animaduertant vicissim, duodecim Apostolos nostros penè totum subegisse orbem, eorumq́ singulos infinitam hominum atque adeo populorum multitudinem ad Christi fidem & religionem deduxisse: & hoc quidem totum sine vi, sine fraude, sine minis, sine insidiis, armis, sanguine, cæde cuiusquam, quibus Ethnici illi sibi imperia peperere, sed adhortationibus, precibus, modestia, continentia, parsimonia, patientia aliisq́ virtutibus.*

*Iactitent illi Lucretiam suam, quæ violentiæ cedens Tarquinij præ pudore postea sibi mortem consciuit: Quanto fortior, quanto castior Susanna, quæ eodem proposito dedecore mori maluit, quam scelere admisso hominum vitare sermonem? Quanto item sanctiores & laudabiliores Thecla protomartyr nostra, D. Catharina, D. Barbara ceteræq́ eiusmodi virgines integerrimæ penè innumerabiles?*

*In cælum ferant illi Mutium Scæuolam suum, qui cum errasset in rege, in hostibus peri-*

*periiſſet, niſi dexteram perdidiſſet; Et quot ex noſtris, vt egregie in Arnobij opere ait Minutius Fœlix, non dexteram ſolum ſed totum corpus vri atque exuri ſine vllis eiulatibus pertulerunt, cum dimitti in ſua haberent poteſtate?* Peroſus, *inquit Valerius Maximus*, dexteram ſuam Mutius, quod eius miniſterio in cæde regis Porſenæ vti non contigiſſet, iniectam foculo exuri paſſus eſt. Nullũ profectò dij immortales (*ſic hiſtoricus ille ethnicus ſed ethnicus*) admotum aris cultum attentioribus oculis viderunt.

*An vero huic Mutio Mamas noſter ceſſerit, in cuius laudem homiliam 26. ſcripſit magnus ille & diuinus Baſilius?* Huic Mamanti, cum per vim manus à tortoribus tanquã ſacrificaturo ſuper altari & igne exporrigerétur, tam fortiter ille thus tenuit, ne ſi quid ei thuris è manu excidiſſet, ſacrificaſſe forte quibuſdã videretur, vt prius manus tota vna cum thure concremaretur, quam vel minimum de thure in ignem delaberetur.

*Sed quid cum Mutio Mamantem confero? Quid virum cum viro? Pueri & puellæ, & in-*

*belles mulierculæ cruces & tormenta, feras, & omne genus suppliciorum magna dolorum omnium patientia, pro Christo rege, pro Christi lege subierunt, superarunt, illuserunt.*

*Ergo vt concludam quæ volui, glorientur de sua sapientia sapientes huius sæculi, veteres illi Philosophi, laudent scientiam, laudent facta suorum, deprædicent, vt cum D. Greg. Nazianzeno in oratione contra Iulianum proloquar, Pithagoræ sui silentium, Platonis sui rempub. Aristotelis moram ad Euripi reciprocationem, Anaxarchi vtrem, dolium Diogenis, Cleanthis puteum, Antisthenis frontem, Cleobroti præcipitium, Cratetis naufragium, Anaxagoræ cingulum, risum Democriti, Heracliti lachrymas, crus Epicteti, aliasque aliorum fabulas potius quam veram & solidam Philosophiam: profiteatur sane vt pulchre ille ipse Minutius Fælix ait in Octauio suo, Socrates scurra ille atticus, nihil se scire, Arcesilaus & Carneades & reliqui Academici deliberent: Simonides de Deo & rebus diuinis interrogatus perpetuo comperendinet.*

*Nos istorum supercilia Sophorum merito contemnimus, neque habitu sed mente sapientiam præferimus. Gloriari possumus nos con-*

*consecutos quod illi summa contentione quæsierunt nec inuenire potuerunt. Quid ingrati sumus? quid nobis inuidemus hanc laudem, hãc Philosophiæ excellentiam, quam Deus nobis Christianis post illos præ illis concessit? Exultemus de veritate quæ post Christi aduentum etiam in rebus naturalibus atque moralibus magis creuit, magis maturauit quam antea. fruamur hoc nostro bono, agnoscamus multum quidem posse naturæ lumen, at ne hoc ipsum quidem quod potest, putemus potuisse totum in iis quorum insipiens cor obscurarat idololatriæ crassissima caligo, hebetarat ampullosus ambitionis tumor, corporisque fœda voluptas: existimemus tam admirabile esse fidei Christianæ lumen, vt non solum res fidei, sed & res naturæ nobis illustret, haud multo aliter, quam si solis radij in tabulam pictam incidant, vbi iam oculis hisce liceat videre ac discernere, quæ antea non secus nos latebant, ac si picta istic nunquam fuissent.*

*Denique concedamus dignum esse Aristotelem (magni enim & hunc nos facimus) qui audiatur in scholis, qui in Philosophia leges det, ac præcepta: fateamur Aristotelem esse eum qui in Logica, Physica, Metaphysica: Ethica, Politica, œco-*

*œconomica, plurima iuuandis mortalibus idonea tradiderit. At viciſsim concedatur & nobis, hac neminem in ipſo ſatis bene, ſatis plene, ſatis tuto, ac certo poſſe diſcernere, poſſe tradere, niſi qui Chriſtianæ fidei luce fuerit colluſtratus: niſi qui non tam Philoſophus quam iuxta & Theologus extiterit: niſi qui addere nouit atque detrahere, & ſeſe in dubiis maioris momenti ad ſacram ſcripturam eiuſque interpretes recipere, quales ſunt non ſolũ qui ſuper Geneſin & Eccleſiaſten duos præcipuos de rebus naturalibus ſcripturæ ſacræ libros commentati ſunt, verum etiam qui ſeorſim ſcripſere vti Damaſcenus in ſua Phyſica, Nemeſius in lib. de anima, Niſſenus in opuſculis de opificio hominis & de anima: Meletius in commentariolo de natura hominis, Iuſtinus martyr in quæſtionibus Ariſtotelicis, Lactantius in libello de opificio Dei, Claudianus Mamertus in diſſertatione de ſtatu animæ: Honorius Auguſtodunenſis Epiſcopus in tractatu de Philoſophia mundi: Alb. magnus, B. Thomas, B. Bonauentura in phyſiologicis ſuis, & ſuper ſecundum librũ magiſtri ſententiarum.*

*De huiuſmodi enim quæſtionibus maioris momenti magiſque neceſſariis malle Philoſophi-*

*phiam ethnicam quam ſcripturam ſacram eiuſque expoſitores, præſertim Sanctos & veteres illos conſulere, quid aliud eſt quam quoddam ariolandi genus? quid aliud eſt quam Spiritum ſanctum contemnere, qui ſiue factu ſiue ſcitu neceſſaria, qui maxima, qui optima quæq; per hæc ſua organa certe potius quam per illos idolorum cultores nobis voluit patefacere?*

*Legiſtis vt opinor, cum Ochozias magnus ille Samariæ rex ægrotus moribunduſque è lectulo miſiſſet nuntios, qui de vita ſaluteque ſua conſulerent Belzebub Deum Accaron, occurriſſe tunc nuntiis illis monente Angelo Heliam Prophetam, & formidabili hac voce eos increpaſſe.* Nunquid non eſt Deus in Iſraël, vt eatis ad conſulendum Belzebub Deum Accaron? Propter hoc dicit Dominus regi, de lectulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. *Sic cogitemus & nos, nunquid in potentiam & ſapientiam Dei tam iniurij erimus, vt eas aliunde certius & melius quam ab ipſo Deo nos diſcere poſſe arbitremur? Nunquid Platonem, nunquid Ariſtotelem, philoſophos Dæmoniorum Græciæ pluris faciemus, quam Deum qui eſt pater noſter, qui creauit nos; quam Eccleſiam*

*quæ*

*quæ est mater nostra, quæ regenerauit nos?*

*Discamus sane ethnica, sed quatenus vel probātur, vel improbantur à philosophis Christianis, eatenus & nos probemus ea vel reprobemus: Legamus philosophos ethnicos, sed ne quid nimis, sed ita vt fidei doctrina primas semper habeat, vt scripturæ sacræ & sanctorum Patrum, qui & ipsi in Platone & Aristotele, inprimis autem in scripturis versatissimi fuere, vel in nobis vel in aliis quos nos sequimur, præcesserit, ne opiniones alienæ inbecillum praeoccupent animum, & sub specie scientiæ altiores figant radices, quam vt postea facile poßint euelli, vt contigit non paucis olim hæreticis, qui praeoccupati à Philosophis ethnicis id se scire credebant, quod ignorabant; ideoque vt verū tutabantur & propugnabāt, quod falsum, quod error, quod hæresis erat.*

*Congratulandum igitur vobis lectißimi Domini Candidati quibus hoc quem iam diximus ordine, quibus hac ratione consultißima in Aristotele, studiisq; philosophicis progredi datum fuit. Præceptores enim nacti non in scriptis tantum ethnicorum philosophorum, sed in doctrina quoq; Christiana, in sacris literis earumq; interpretibus probe feliciterq; versatos,*

*quæ*

*quæ fidei ſunt recta, quæ vitæ ſunt bona, ita ex iis imbibiſtis, ita in vſum veſtrum traduxiſtis, ita in lectione ethnicorum obſeruaſtis diligenter, conſtanter, fideliter vt hunc in modum formati firmatique libere deinceps & tuto per omnes errorum Philoſophicorum tenebras ambulaturi videamini, & ſi Vlyſsis inſtar Cyclopum antra fueritis ingreſsi, citra noxam vllam regreſſuri; ſi poculum Cyrces guſtaueritis, nihil deformationis paſſuri; ſi Syrtes ſi Scyllam prænauigaueritis haud quaquam periclitaturi; ſi vel ipſas etiam Syrenas audieritis, minime nutaturi, minime obdormituri: ſed potius ex Philoſophia Chriſtiana Præceptorum veſtrorum de Philoſophia prophana ethnicorum iſtorum ad veritatem, ad ſalutem cum veſtram tum aliorum recte iudicaturi, & ab exemplis virtutum quæ audiuiſtis, quæ legiſtis, quæ vidiſtis in Chriſtianis Philoſophis contra vel ſupra exempla ethnicorum Philoſophorum vos omnibus ita comprobaturi, vt digniſſimi habeamini, qui tanquam re bene geſta cum ſpe deinceps quoque bene ſemper gerenda lauro illa Apollinea ceu victores ac triumphatores læto hodie ſolemnique ritu coronemini.*

Agi-

*Agite igitur, agite eximij Domini Cădidati, manus ad palmam capessendam extendite, iurate iuranda, non erit penes me culpa non impetrati, non effecti, quod iure vestro à me petiuistis.* Dixi.

## ORATIO V.

# DE ANTIQVA ET LAVDABILI QVADRAGESIMALIS IEIVNII OBSERuatione.

N*I scirem* Serenissime Princeps, MagnificeRector, cæterique cuiuscunque ordinis præstantissimi auditores, *ni scirem iam ante plerisque vestrum satis cognitam esse cessationis meæ lõgiorisque silentij caussam: efficerem profecto mox ipso orationis huius initio, vt intelligeretis omnes iustam me & legitimam habere excusationem: adeoque voluntatem mihi nunquam, sed vires, lubentiam nunquam sed valetudinem defuisse. Nempe morbus me meus impediuit detinuitque hactenus, vt per duos aut tres menses in obeundo procancellarij munere vices meas præstaret alius: qui inquam morbus*

meus

*meus Hypochondriacus, tanquam Antæus quispiam cum nonnunquam deijcitur, reuirescere tamen & resurgere solet: atque etiamnum hospes apud me permanet lentus desesque, incertum quando tandem planè abiturus. Meliuscule vero nunc cum habeam quam superiori trimestri, nolui sub hoc vmbone latitare diutius, sed prodire potius iterum in conspectum vestrum mihi semper optatissimum & incundissimum, & experiri plenus spei bonæ, si officium quod intermisi, non dimisi hactenus, possim in honorem Candidatorum nostrorum, in reuerentiam in primis Serenissimi Principis nostri Maximiliani maximæ Bauarorum spei, quemadmodum necessum est & solitum, sustinere hodie ac gerere.*

*Dicam verò quam breuissimè de eo argumento, quod hoc ipsum quadragesimæ tempus mihi suggerit, quam sit antiquum quam laudabile hoc verni temporis quadragesimale ieiunium. Res nimium vulgaris, nimium trita inquiet aliquis? Fortasse quidem vulgaris nimium, si vulgariter nimium tractetur. At certè non solum ad Theologos quos inter ego minimum me agnosco & ingenue profiteor, sed & Iurisconsultos, quorum hodierna est celebri-*

 *tas,*

*tas, & ad quoscunque alios valde pertinens Et de hoc iam statim quicunque voluerit iudicare poterit. Vos auditores præstantiß. dicenti laconicè, vestræ benignitatis aura suauißima veluti dulci Zephyro hoc vernanti tempore aspirate quæso paululum, & priusquam vos commoueritis, priusquam circumspexeritis, ecce nauicula nostra in portu, oratiuncula nostra in fine erit.*

*Eximius Iureconsultus fuit vti abunde omnibus constat Andreas Alciatus ille, Legalis videlicet sapientiæ Professor & Antecessor tum apud Gallos, tum apud Italos celeberrimus, multis & doctis lucubrationibus clarißimus: quem nisi & nos magni fecerimus, vel hoc ipso, si non praui certè parui nos iudicij esse ostenderimus. Multos is libros pulcherrimos iuxta & vtilißimos elucubrauit. Veruntamen si quisquam hunc vnum audiendum magis quam alios omnes iudicauerit; næ is iam non tantum parui sed etiam praui se esse iudicij se ipse manifestò prodiderit. Plus enim Alciato concesserit quàm veritas ipsa ei concedat: plus ei tribuerit quam ipsemet Alciatus qua fuit bonitate & modestia vnquam ausus fuerit sibi assumere.*

*Talis*

*Talis ergo & tantus Iureconſultus tametſi fuerit Alciatus, non tamen aberrauit nuſquã, nec abſque cenſura legendus in omnibus, præſertim cum de rebus Theologicis ſibi minus perſpectis differit. Libros is ſcripſit decem παρέργων vt habet titulus, in quibus quam recte omnia nec libet mihi nec licet iam pro temporis huius anguſtia diſcutere. Vnum eſt ad rem præſentem pertinens, quod ſcribit ille lib. Parergon.6.cap.20. quadrageſimale ieiunium à Teleſphoro Pontifice Maximo fuiſſe primo indictum ſolisq; clericis iniunctum. Poſtea demum etiam ad ſeculares productum. Grauis nec ferenda, quantumuis magni Iureconſulti hallucinatio, ex qua primum intelligi poterit quam ſit periculoſum falcem ſuam in meſſem alienam immittere, & Theologus ſi non ſis, de rebus pronunciare Theologicis: deinde quam pronus manare ſoleat vnus error in alios complures.*

*Inaudiſſe vos arbitror nomen cuiuſdam Viti Amerbachij, Philoſophi, Oratoris, Poëtæ, imò Polyhiſtoris, & in hac Ingolſtadienſi Academia per annos complures Profeſſoris diligentiſſimi atq; laudatiſſimi, quem ego ipſe quoque & vidi & audiui ſæpiſſimè adhuc puer pro ea qua mihi*

*cum filijs ipsius tunc intercesserat consuetudo, & familiaritas quasi domestica. Hic ipse Amerbachius in præfatione super libros suos sex de philosophia naturali apertè fatetur, se quidem in annotationibus suis ad Epiphanij orationem de Christi Ecclesia fideq; Catholica, cum Alciato scripsisse, ieiunia solis olim clericis præcepta fuisse & falsum hoc esse, & in errorem hunc se ab Alciato fuisse inductum, & ideo Alciatum potius quam se de errore isto obiurgandum.*

*Atqui auditores præstantissimi, si cæcus cæcum ducit, nonne in foueam ambo cadunt? Siue igitur ante Alciatum, siue post Alciatum hoc scripserit Amerbachius, nonne tamen errauit & ipse, nonne tamen reprehendendus & ipse? Rectè Amerbachius vir doctissimus, quod cum per annos complures VViteberga cum Luthero & Melanthone esset versatus, magniq; ab eis æstimatus, eorum tamen agnitis tetris ac pestiferis erroribus ad sanctam Romanam & Catholicam Ecclesiam sese receperit: Rectè hic idem, quod errorem Alciati suumq; ingenue agnouerit & apertè confessus fuerit: Sed rectè quoq; ego hodie nisi vehementer fallor, si de hoc tam crasso & manifesto errore commoneam studiosam cuiuscunq; tandem facultatis adolescen-*

*scen-*

*ſcentiam: non muſſitaturus verbulum, ſi de lance & litio, de quibus aduerſariæ extant ipſius Amerbachij ad Alciatum, & Marci Tatij Alpini ad parentem meum D. VVolffgangum Hungerum contra Alciatum epiſtolæ, aut ſi de realia quapiam non momentoſa exiſteret litigium. At de ieiunio, de quadrageſima re Deo gratiſsima, acceptiſsima, & ad ipſius tum conciliandam tum conſeruandam gratiam opportuniſsima atq; efficaciſsima, imò non raro planè neceſſaria, non eſt cur ſileam cur diſsimulatione vtar.*

*Videamus auditores, quomodo Alciatum ipſemet Amerbachius hac in parte reuellat & repudiet. Breuiter & diſerte agit Amerbachius:* Duplici nomine, *inquit,* decipitur erratq; Alciatus, & quod mutauit quinquageſimale ieiunium in quadrageſimale (non enim de quadrageſimali ieiunio ſed de quinquageſimali loquitur Teleſphorus) & quod hoc ipſum quadrageſimale ieiunium ſolis clericis iniunctum fuiſſe aſſerit, cum ex ipſius Teleſphori conſtitutione contrarium appareat. *Hæc Amerbachius.*

*Nimirum auditores, hoc ipſum Teleſphorus*

*voluit, quod postea B. Gregorius ad B. Augustinum Anglorum Episcopum non obscurè repetiit, vt clerici nō à quadragesima, quemadmodum sæculares, sed mox à quinquagesima propositum ieiunandi susciperent; Quo aliquid ad pensum sanctæ institutionis adijcerent, eorumq́; qui in Laicali ordine consistunt obseruantiam, sicut dignitate ita etiam religione antecellerent. Sic enim prorsus ipse D. Gregorius in capitulo deniq; dist. 4. Quam quidem esse veram & germanam Telesphoriani Canonis interpretationem nemo negare poterit, nisi qui illum obiter duntaxat legerit ac considerarit, sicuti Alciatus: Cui nimirum perfunctarie canon ille lectus, perperam quoque fuit intellectus, vt locus esset prouerbio:*

Namq; etiam quandoq́; bonus dormitat Homerus,
Atq; opere in longo fas est obrepere somnum.

*Ecquid enim? An Telesphorum Pontificem & martyrem sanctissimum, eruditissimum, id ignorasse putamus, quod omnes Christiani nouerunt semper, quod omnes Christianorum scriptores iam inde à primordio Christianismi in obseruatione & veneratione fuisse semper,* testa-

*testati sunt semper? Dominum Deum tum Moysaico tum Prophetico, tum Euangelico exemplo nos ad sacrum quadragesimæ ieiunium prouocasse, & ipsos Apostolos in suis Canonibus illud sanxisse, vtique sciebat optimè atque certissime Telesphorus Sextus à sancto Petro Romanus Pontifex.*

*Ieiunauit enim Moyses quadraginta dies & quadraginta noctes vt est in Exodo, imò duplicauit hunc quadragenarium, vt scitè ac valdè pbabiliter notauit grauis ille & sanctus Abbas Nilus in Asceticis suis. Cum enim Moyses post dies quadraginta descendisset de monte statim ob vitulum illum seu Apim Aegyptium grauissimè indignatus, tabulis confractis in montem rediit, ibiq; rursus totidem dies commoratus, demum secundis acceptis tabulis ad populum rursus descendit, per dies totos octaginta cum Deo collocutus, nulloq; vel cibo vel potu humano recreatus.*

*Elias cum secundo esset tactus ab Angelo vt est in libris Regum, surrexit & comedit & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta itidem diebus & quadraginta noctibus, & Christus ipse denique, ductor & doctor noster optimus, maximusq; an non ieiunauit quadra-*

*ginta diebus & quadraginta noctibus, & postea esurijt? Ieiunio quadragenario nobis ieiunij exemplum pro ratione infirmitatis nostræ imitandum relinquens, & nihil se Moysi aut Eliæ, nihil Euangelium legi aut Prophetis repugnare ostendens, esurie verò sua futuros hæreticos Valentinianos redarguens, qui vt carnem ei cælestem affingerent, hoc quoque tam longum eius ieiunium in argumentum arripuere. Quasi non item Moyses & Elias per quadraginta dies, imo Moyses per continuos octoginta ieiunauerit, & ex esurie illa non tam humana fragilitas, quam ex tam diuturno ieiunio diuina virtus deprahendi possit ac colligi.*

*Videtur sane & in nouo Testamento hanc abstinentiæ virtutem Christus vel ideo & alijs communicare voluisse, vt quanto certius constaret de humana natura istorum, tanto etiam minus dubitari posset de humana natura ipsius. Nam vt est apud Theodoretum in libro quē Philotheum inscripsit, etiam Simeon quidam Eremita, & duæ sanctæ mulieres Cyra & Marana dies itidē totos quadraginta ieiunarunt, & tempore D. Greg. Nazianzeni, vt est in carmine eius ad Hellenium nonnulli ex ipsa quoq; Nazi-*

*Nazianzea ciuitate, ſæpe totos viginti dies totidemq́ noctes à cibo prorſus omni abſtinuerunt, dimidiaq́ ex parte Chriſti ieiunium repræſentarunt, vt qui dies ieiunarit quadraginta, cum hi dies ieiunarent viginti.*

*Multo etiam ante Teleſphorum Sacer ille Apoſtolorum chorus, ad imitationem quandam Chriſti & recordationem Euangelicæ legislationis (prædicaturus enim legem nouam ieiunauit Chriſtus prius, ſicuti Moyſes promulgaturus legem veterem) ediderat conſtitutionem ſuam Apoſtolicam vt videre eſt conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 5. cap. 12. & in eorum canonibus ſeparatim editis, canone. 68. in hæc verba:* Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus quadrageſimam non ieiunarit, deponitor, ſi Laicus ſit, communione priuator, *cuius Canonis, cum multi vetuſtiſsimi Patres diſerte meminerint, mirum profecto, ſi Teleſphorus Apoſtolicus plane Pontifex aut neſcius aut negligens fuiſſet?*

*Sed ſatis ſuperque apparet, quam procul à via veritatis exorbitarit hac in parte Alciatus, quam male vel propria quoque confeſsione ſecutus eum fuerit Amerbachius. Supereſt vt tribus, quod dicitur, verbis aliquid etiam de vtili-*

*tilitate & de tempore huius ieiunij quadragesimalis dicamus. Infinitum foret si omnia scripturæ sacræ loca, si omnes sanctorum Patrum libros, omnes homilias, omnia antiquitatis Christianæ exempla ac testimonia de incredibili ieiunij fructu atque emolumento, non dico commemorare, sed duntaxat numerando subindicare conarer. Non possum tamen, quin ex innumerabilibus vel duos tantum proferam, ex his qui soluta scripserunt oratione, vnum: qui ligata, alterum.*

*Aurea illa Latinorum luscinia D. Petrus Chrysologus Rauennatum sanctißimus & eruditißimus ante annos mille Episcopus, in sermone 12. sic insonat:* Ieiunium, fratres, scimus esse DEI arcem, Christi castra, murum spiritus, vexillum fidei, castitatis signũ, sanctitatis trophæum. Hoc Adamum seruauit in Paradiso, quem inde detraxit gula. Hoc in arca custodiuit Noëmum, orbem cum ebrietas demersit. Per hoc Loth Sodomiticum restinxit incendium, qui per ebrietatem incæsti est adustus incendio. Hoc Moysen diuini feruoris fecit lumine perlucere, quando commessatio & ebrieta Israëliticũ populum erro-

erroribus tenebrauit simulachrorum. Hoc Eliam prouexit ad Cælum, quando Achab impium ebrietas deiecit ad inferna. Hoc Ioañem in natis mulierum fecit maiorem, quando temulentia Herodem principem ex mulierum imperio reddidit homicidam. *Hæc ille.*

*Audiamus etiam quomodo prudentissimus ille Prudentius Christianorum Poëtarum iam olim quoque ante annos mille excellentissimus in hymno suo quadragesimali consonet:*

Nil hoc profectò purius mysterio
Quo fibra cordis expiatur liuidi,
Intemperata quo domantur viscera,
Quo subiugatur luxus & turpis gula,
Vini atque somni degener socordia,
Libido sordens, inuerecundus lepos,
Variæque pestes languidorum sensuum.
Hoc est, quod atri liuor hostis inuidet,
Mundi poliq; quod gubernator probat:
Altaris aram quod facit placabilem,
Quod dormientis excitat cordis fidem,
Quod limat ęgram pectoris rubiginē,

Per-

Perfusa non sic amne flamma extinguitur,
Nec sic calente Sole tabescunt niues
Vt turbidarum scabra culparum seges
Vanescit almo trita sub ieiunio.

*Quid hæc aliud auditores indicant, quam quod breuissimo compendio Ecclesia nunc quotidie canit in præfatione tremendorum mysteriorum*: omnipotens æterne Deus, qui corporali ieiunio vitia cōprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia.

*Sed obijciet hic forte nobis & oggāniet Fuchsius aliquis magis astutus quam prudens aduersarius; & quia carnalis ipse, à carnali quoq. Luthero haud difficulter in nassam carnis inductus atque seductus*: esto ieiunandum sit aliquando & à carnibus abstinendum, neutiquam tamen hoc verno tempore, hac prima anni parte. Nihil enim. (*inquit Fuchsius ille ante annos aliquot Tubingensis Medicus atque Professor in libello instit. medicarum secundo*) medicorum placitis aduersum magis, quam hoc tempore ieiunium instituere & carnium esum interdicere, quo plus alimenti ingerendū, & à piscium esu abstinendum, & carne vescen-

vescendum esse, illi vnanimi consensu praecipiunt.

*Bona verba Fuchsi. Hæ nimirum sunt artes vestræ, hi sunt actus Euangelij vestri, calumniari audacter, mentiri audacter: nihil pensi habere quid dicas modo contra Catholicos dicas. An tu putas Fuchsi intra annos mille & quingentos in Ecclesia Catholica nullos excellentes Medicos vixisse, qui hoc videre, quod tu vides, hoc monere quod tu mones, hoc arguere quod tu arguis potuissent, & voluissent si debuissent? Lege Tiraquellum si placet qui illustrium medicorum longum texit catalogum, inter quos vide si vllus omnium ita philosophatur vel potius ita calumniatur de ieiunio quadragesimali sicut tu cum tuis & ficto illo tuo nescio quorum medicorum consensu. Numquid tot doctissimos & sanctissimos Christiani orbis Antistites, quorum plerique etiam editis libris de opificio hominis, de natura hominis, de prouidentia Dei in Compositione hominis accuratissime disseruerunt, tam fuisse omnis humanitatis expertes, omnis Philosophiæ rudes iudices, vt quo anni potissimum tempore quadragesimale hominibus conueniret ieiunium intelligere aut noluerint aut non potuerint?*

*Opti-*

*Optime profecto congruunt quadragesimæ, vernales hi dies, quando omnia renouantur, vt quadraginta dierum ieiuniis nonnihil extenuata corpora malisque purgata humoribus, aptiora sint ad nobilioris succi escas paschali tẽpore capiendas, & digerendas. Nec enim carnium esus per hoc tempus tollitur, vt minus salubres cibi copiose assumantur, sed vt sublatis iussu Ecclesiæ carnibus illud ipsum lædendæ valetudinis periculum imponat gulæ modum in esu piscium. Vult namque Ecclesia corpora nostra ieiunio macerari, non humoribus, ne piscium quidem, redundare: & id quidem tanto minus, quanto magis ipsa concupiscentia propter crescentem calorem & gliscentem humoris copiam sub hoc tempus intenditur.*

*Athanasium illum magnum, quem non modo Theologum sed & Iureconsultum fuisse eximium, aliquando ex hoc ipso quoque loco probaui, quæso in hac Iureconsultorum celebritate audite optimi lectissimique adolescẽtes.* Quod si, *ait is in libro de virginitate*, accedant aliqui & dicant tibi, ne frequenter ieiunes ne forte imbecillior fias, noli eis credere, noli auscultare. Istos enim diabolus solet subornare. Reminiscere eius, quod scriptum

ptum est, Danielis primo. quod cum Daniel & tres pueri capti essent à rege Babylonis Nabuchodonosore & alij pueruli vnacum illis, & iussum esset ab eo, vt de sua regia mensa hi omnes comederent & biberent recusauerunt id Daniel & tres pueri ac dixerunt Eunucho: da nobis de seminibus terræ & vescemur, deditque illis legumina in cibum, aquam in potũ & produxit illos ad Regem, & visæ sunt species eorum eximiæ super eos, qui ex mensa regia saturati fuerant. Vide, *inquit magnus Athanasius*, quid faciat ieiunium, morbos sanat, distillationes exiccat, non modo cor purgat sed & corpus salubrius reddit.

*Quæ cum & Candidati nostri minimè ignorarent, (Finem enim faciam, cùm necdum valetudinis sit mihi satis, & verò eloquentiæ non ita multum, quin si non taciturnitate certè breuitate imitari debeam D. Gregorium Nazianzenum Theologum ac Oratorem Græciæ incomparabilem, qui tametsi facillimè posset de rebus quibuscunque etiam maximis sapienter, eleganter & copiosè dicere, tamen certis ex caussis altum aliquando sibi silentium per*

*vnam*

*vnam totam indixit quadragesimam, vt ipse testatur in quodam carmine)*

*Sane quidem sic sese gesserunt Candidati hi ambo semper, vt indoles eorum omnibus videretur optima, ingenium supra annos, diligentia & probitas supra æqualium suorum laudes. Prudentia tam prouida, tam cauta, tam perspicax vt neque ex lectione vel auditione vllius vnquam siue errorem in fide, siue labem in vita contraxerint, sed inoffenso pede perrexerint ad veræ virtutis gloriam, ad solidæ doctrinæ coronam. Probe norunt illud in L. Minime. ff. de legibus, Minime mutanda esse ea, quæ certam interpretationem semper habuere. Succurrebat subinde & illud quod D. Ambrosius non solum Theologus sed & Iureconsultus insignis scribit in apologia contra Symmachum ethnicum Vrbis Romæ Præfectum.* De negotiis ciuilibus si quod statuitur nemo putat temerandum; & præceptum de religione calcabitur? *Placuit illis Codex, placuere Digesta, placuere Institutiones Cæsaris Iustiniani, sed placuere item tum alia Catholicæ fidei & dogmata & præcepta omnia in istis Iustiniani voluminibus contenta; tum ipsum quoque ieiunium quadragesimale, non modo in Theodosiano*

*dosiano sed & in Iustinianeo Codice honorifice nominatum, & ab ipso adeo Iustiniano, vt est in libello Procopij Cæsariensis de ædificiis Iustiniani, accuratißime prorsus ac religiosißime obseruatum.*

*Tam bene ergo animatis erga veritatem, erga pietatem, Candidatis his nostris tam feliciter quoque adspirauit diuina benignitas, vt tum parentum, tum præceptorum suorum spem & expectationem vterque impleuerit cumulatißime, imo vterque exuperarit quam longißime: vtque tum parentum tum præceptorum suorum viua hodie & expressa gaudia de suo vterque Candidatus gaudio videat cum gaudio: vterque virtutis & doctrinæ suæ testimonium iactare poßit amplißimi Collegij Iuridici iudicium atque indicium: vt solemnem honoris doctoralis prærogatiuam vterque iam quasi iure quodam suo accepturus sit coram vniuerso hoc ornatißimo conseßu, & in primis quidem coram ipso Illustrißimo Bauariæ nostræ lumine atque columine, Serenißimo Principe Maximiliano, quæ non minima est pars fælicitatis eorum hodiernæ. Vt denique ambo, quod hactenus in foro & in schola esse studuerunt, id etiam fuisse & porro futuri esse publice sint declaran-*

*di, legum inquam Oratores, vt loquar cum Imperatore in proœmio Digestorum, & iustitiæ satellites, & iudiciorum optimi tam athletæ quã gubernatores ad omne legitimum opus instructi, quos maximum decus in omne sæculum consequatur.*

*Agite igitur Candidati spectatißimi, solitum iusiurandum præstate, tum ego vestro erga me iuri & meo erga vos amori absque cunctatione vlla satisfaciam, tacitumq; illum sensum de studijs vestris iam diu animo meo inclusum proferam, & hoc verno tempore veluti exspirabo ad hanc suauißimam fragrantiam iustißimæ petitionis vestræ.* Dixi.

## ORATIO VI.

# HOMINIS CVM ARBORE COMPARATIO.



OMINEM, Serenissimi Principes, Domini Benignissimi, Illustris comes, spectabilis Decane, cæteriq; huius actus siue præsides & agonothetæ, siue testes ac spectatores ornatissimi: *Hominem inquam arbori tum sacri, tum prophani comparant authores. Idq; rectè meri-*

*meritoq́ multis de causis, quas ego ne longus sim, ne quidem attingendas mihi nunc puto. Christus certè ipse via, veritas & vita nostra huiuscemodi comparatione non semel vsus est. Verum enim verò vt nihil cuiquam est tam simile, quin eidem aliquo modo sit dissimile; ita hic fatendum etiã, hominis tanquam melioris longe meliorem esse quam arboris cõditionem: cum alijs ex caussis tum ex ea vel vna, quod arbor æstiuo tantum, homo etiam hyberno tempore frondescere, florescere, fructificare possit.*

*Exemplum rei huius luculentum nobis exhibet hic Candidatus noster, qui minime ex illarum genere arborum, quas S. Iudas Apostolus in sua Canonica arbores vocat autumnales, infructuosas, bis mortuas: sed potius ex censu numeroq́ earum, quas regius Psaltes decantat plantatas secus decursus aquarum, dantes fructum in tempore suo: ita folijs, ita floribus, ita fructu ipso studiorum suorum conspicuus est vt ad vtilitatem suam aliorumq́ non parum idoneus, ad ornamentum suum aliorumq́ planè dignus valdeq́ commendabilis videatur. Contulit se ille huc ante annos aliquot ad lactea illa, imo ad aurifera illa magis quam vel Tagi*

*ſint vel Pactoli fluenta, ad pulcherrima & praſtantiſsma philoſophiæ ac Theologiæ ſtudia, apud hæc vt ita dicam plantatus, irrigatus, excultus eſt tum ſuo diſcēdi ardore ac ſtudio, tum noſtra docendi (abſit dictis arrogantia) ſedulitate ac diligentia. Nam vt de aliis nunc nihil dicam, me vel vnum in Theologicis totum ſexennium haud indiligenter audiuit; inſuper ſæpe priuatim & publice, ſemel etiam ſub præſidio Reuerendi & Clariſs. Decani noſtri Maierhoueri de rerum Dominio (quæ theſes Sereniſsimis principibus noſtris hic præſentibus dicatæ fuerunt) docte & perquam laudabiliter diſputauit.*

*Cum autem neque is qui plantat, neque is qui rigat ſit aliquid, ſed qui incrementum dat Deus: ecce quale in his omnibus incrementum ei dederit pro ſua immenſa philanthropia Dominus. Ad eam maturitatem eum etiam adhuc iuuenem perduxit, vt tanquam arbor generoſa & fructifera, florum ſuorum fragrātia, fructuum ſuorum ſuauitate, morum nimirum & eruditionis progreſsibus beneuolentiam ſibi apud minimos iuxta & maximos conciliarit maximam.*

*Hinc adeo & generoſiſsimo illo heroi, Ottho-ni*

*ni Henrico Comiti in Schvvarzenberg, magno ducalis curiæ & totius prouinciæ præfecto, literarum & literatorum non minus literato quam liberali fautori ac patrono, de quo plura ne ad gratiam loqui videar non addo, ita innotuit, vt ei iam à ſacris ſit concionibus, à diuinis officijs, à doctrina & pietatis ſtudijs, magna ſua cum laude, magna comitis cum lubentia atque beneuolentia. Quo cum nuper in Franconiam profectus ita quoque ſe Reuerendiſsimo atq́; Illuſtriſsimo Principi Herbipolenſi approbauit, vt eum is non ſolum alloquio, ſed & munere perquam honorifico dignum exiſtimarit; & palam hoc ſuæ propenſæ voluntatis indicio ſignificarit; non eſſe hunc noſtrum Candidatum è plebe vnum, ex tyronibus vnum, ſed ex ſelecto piorum & eruditorum choro, eorum nempe qui vitam ornant docendo, doctrinam firmant viuendo; quibus pro opulentia eſt virtus, pro robore ſcientia, pro voluptate caſtimonia, pro lætitia & exultatione eorum quibus cum verſantur ad pietatem profectus.*

*Quemadmodum igitur nobilis arbor cum fructibus grauis eſt ac folijs abundat, ſpectatores omnes, & inprimis cultorem ſuum valdè oblectat, magnaq́; perfundit voluptate: ſic ſane*

*& Candidatus noſter, quia virtutis & doctrinæ ſuæ merito, non modo in æſtate ſed & in hyeme vireſcit, floreſcit, matureſcit: nil mirum ſi animos noſtros tacito gaudiorum ſenſu vehementer recreat: ſi ad gratificandum ſibi lubentes & promptos nos habet dum videmus in eo conformando confirmandoq; tam bene nos operam impendiſſe noſtram: tam feliciter noſtram nos induſtriam collocaſſe.*

*Age igitur Stephane Candidate lectiſſime cui nomen* ἀπὸ τοῦ στεφάνου *à corona non temere inditum eſt quandoquidem corona non modo ſacerdotali, ſed & doctorali te dignum collegio noſtro Theologico in vtroq; examine tum priuato tum publico egregiè demonſtraſti; nunc Catholicæ fidei profeſſione ſolitoque iureiurando te nobis obſtringe, tum ego eiuſmodi doctoralis coronæ licentiam ſtatim tibi ex pleniſſimo facultatis noſtræ conſenſu impertiar.*

Dixi.



ORATIO

## ORATIO VII.

# DE RELIGIONE CONSTANTINI MAGNI, ET THEODOSII MAGNI Imperatorum.

R*Em sacram esse consilium*, nobilissima & ornatissima corona, *Rem, inquam, sacram esse consilium Epicharmus Siculus, Philosophus Pythagoricus dixit, repetiuit ex eo, vt alia non pauca Socrates apud Platonem in Theage. At multo ante vtrumq; simile quiddam pronunciarat sapientissimus ille Salomon Eccl. 21.* Consilium inquiens, sapientis, fons vitæ. *Quo quidem alludens, cuius multis ex caussis libenter frequenterq; meminisse soleo, D. Greg. Nazianzenus pulcherrimè sub persona patris cuiusdam ad filium discendi cupidum publicumq; literarum Gymnasium cogitantem ita cecinit:*

Sermones cupiens, fili, cupis optima certe,
Namque etiam doctis lætor sermonibus ipse,
Quos hominum generi Christus donauit, vt essent

Lux vitæ, ſupero demiſſum munus ab axe,
Munus magnificum & dono præſtantius omni.
Auribus arrectis igitur mea percipe verba.
Conſiliis nihil vtilius meliuſq; paternis,
Pluraq; canities nouit quam læta iuuentus,
Tempus enim hiſtoriæ pater eſt, materq; viciſſim
Hiſtoria eſt Sophiæ,

*Ita prorſus res habet, quod per ætatem ſcire non poſſumus, ex hiſtoriarum lectione cognoſcamus.*

*Sed quorsũ hæc, inquiet forte aliquis, Quorſum? Conſuluerunt nuper Principibus ſuis ſectarij quidam, vt pergerent in ea, in qua hactenus verſantur religione, exemplo nunquam ſatis laudatorum principum Conſtantini Magni & Theodoſij magni, quaſi videlicet hi piiſſimi Imperatores non vetuſtatẽ veritatis, ſed vt Tertulliani Iureconſulti pariter & Theologi eximij vtar verbo, nouellitatẽ falſitatis præſcriptam proſcriptamq; in amore habuiſſent & hono-*

*honore, amplexati fuissent atq; tutati. Consulã igitur & ego propositis eorundem Augustissimorũ & Religiosissimorũ Imperatorum exemplis, non istã nouitiam istorũ Consiliariorũ vel potius adulatorũ, sed priscam illã quam nos etiamnum hodie sequimur, Romanæ Ecclesiæ fidẽ omnino esse sequendam, nisi detestandæ Consultorum pessimorum impudentiæ, & improbitati plus quàm certæ probatarum historiarum fidei ac veritati, quam venerandæ Imperatorũ omni exceptione maiorum authoritati & maiestati deferendum existimemus.*

*Nec verendum credo mihi, ne prudentes factum meum reprahendant. Si enim res sacra est consilium, res sacra erit multo magis, si de re sacra, de fide ac religione tractauerit. Quo quidem tractationis genere vel meæ Professioni quæ Theologica est, vel meo Procancellarij officio, quod mihi ab Episcopo mandatum est, quid fieri conuenientius possit, haud video. Et si consiliis, quæ ex animo proficiscuntur paterno, & ex historiarum veritate, nihil vtilius nihil melius, vt inquit D. Gregorius Nazianzenus, quid quæso hodie, auditores præstantissimi, afferre possim ego aptius, rectius vel etiam salutare magis quã si breuissime meũ de imitanda*

*eorum ques dixi vere magnorum*
*rum pietate ac religione consilium,c*
*sariorum, sit verbo venia, mendacio*
*simo, adulatione plus quam Gnathon*
*impudentia intolerabili execrabili*
*eaque ex antiquitatis & historiaru*
*fide horum Imperatorum adducam*
*vt si minus propter ætatem certe pro*
*tatem, vtilitatem atque affectum p*
*iusdam consilij laudem apud studio*
*tam iuuentutem orationem hanc n*
*merituram confidam.*

*Vos auditores præstantissimi, con*
*liarios illos in celebritate hac Consili*
*enim Consiliarij fere plures & pot*
*apud Principes & Respub. omnes c*
*consulti, à quibus hic festus dies) dice*
*logice iuxta & historice (historian*
*hanc tractationem, vt de naui dix*
*sultus, si diuidas, perdas.) benigne*
*enterque attendatis.*

*Ecquid vero aiunt Consultores,*
*gregij quos suis Principibus vendita*
*O fumos è quibus in ignem, vt vetus*
*uerbium; Saxoniæ Ducem Augustum*
*mortuum Hieronymus Opilius ex n*

*gelij gregalibus vnus in præfatione Psalterij sui Hebraici, ita laudat vt eum propter Confeßionis Augustanæ zelum ac studium laudatißimis illis Imperatoribus Constantino magno & Theodosio magno conferre non erubescat.* Tales, *inquit*, pij illi & salutares principes Constantinus magnus & Theodosius magnus fuerunt, qui cum essent veræ Ecclesiæ viua membra, in fouenda, tuenda, defendenda Ecclesia omnes suas cogitationes, curas, studia, & labores collocauerunt.

*Quid Centuriatores Magdeburgenses? eodem modo in præfatione super tomum quartum historiarum suarũ Reginam Angliæ Elisabetham in teterrimis erroribus & impijßima crudelißimaque Catholicæ fidei persecutione confirmant, dum eam hortantur assentatores turpißimi non vt resipiscat, sed vt pergat in restauratione veræ religionis, exemplo Constantini, qui & ipse ex Anglica stirpe sit prognatus, & de vniuersa Ecclesia optime promeritus. Quasi vero par in hac parte sit caussa, & similis tam dißimilium sit religio, quasi non toto cælo illorum Imperatorum pietas ab istorum principum (dicam quam lenißime) erroribus,*

*bus, illorum Christianismus ab isti-*
*mo vel Caluinismo, illorum sacr-*
*quitas ab istorum prophana noui-*
*dissentiat?*

*Itane vero Consultores seu v-*
*res impudentissimi, Itane assent-*
*stris, ingeniis alioqui optimis, p-*
*qui generosissimis, hæreses vestr-*
*altiusque subinde imprimitis, ne-*
*quis ipsorum vestram persentisc-*
*illud regij Psaltis iusta cum indi-*
*nas à vobis pœnas reposcens occ-*
peccatoris non impinguet c-
*& illud prouerbiorum:* Verba
mollia sed feriunt interiora
*illud Prophetarum Esaiæ & E-*
vos beatos dicunt, ipsi vos s-
illis qui consuunt puluillos s-
bito manus & faciunt ceruic-
endas animas, mentientes
denti mendaciis. *An non satis*
*apud sectarios nisi & hoc insig-*
*adderent, permanendum Princ-*
*ranis vel etiam Caluinianis in-*
*quia eadem fuerit mens eadem-*
*Christianissimis illis & sanctiss-*

ribus Constantino magno, Theodosio magno?

O impudentem & nefariam nouatorum peruersitatem, ô non iam tectam sed proiectam mentiendi libidinem, ô frontem sine omni frõte, sine omni pudore. Quæ tanta insania, quæ tanta cæcitas, vt putent isti se tam licenter de Imperatoribus hisce posse mentiri, perinde ac si præter ipsos nullus de his quicquã vnquam legisset, audisset, aut quoquo modo cognouisset?

Sed age videamus quid res ipsa & veritas habeant, quid historia testis temporum, vita memoriæ, priuilegium vetustatis, lux veritatis doceat; Quæro igitur primum à Consultoribus istis, an aliam hos Imperatores tenuisse fidem putent, quam quæ ab iis Ecclesiæ Doctoribus Scriptoribusque tradita est, quibus cum ipsi vixere vel etiam à quibus tantopere tanquam orthodoxi & tanquam obsequentissimi & fidelissimi Ecclesiæ filij fuere collaudati. Non dicent, non dicent nisi plane insaniant, aliam his Imperatoribus quam Patribus illis fuisse fidem. Non minus enim his Imperatoribus pepercissent hi patres quam aliis, vel desertoribus religionis vt Iuliano, vel hæreticis vt Valenti, vt Constantio, imo eos tanto grauius fuissent insectati, quanto maior ipsorum quam aliorum

feli-

*felicitas autoritasq; maius religioni*
*issent apud fideles præiudiciū pericul*
*Sed videte, videte obsecro, audi*
*de Constantino magno & de Theod*
*hi patres senserint, publicisque liter*
*numentis fuerint contestati: D. An*
*ea, quam in obitum Theodosij magni*
*diolanenses in exequiis eius astante*
*ribus* Honorio *filio eius, plenam sanct*
*nam sapientia & eloquentia habuit c*
*solatur filios Theodosij ambos Hon*
*sentem, Arcadium absentem ex eo q*
*tis & fidei p. v erna relicti essent hær*
*nimirum religionem faciens Theo*
*senioris (de iuniore enim qui Arcad*
*nos hic nihil) vt hanc veræ & integ*
*ctitudinem omnibus ipsis thesauri*
*longe anteponendam, & cum mult*
*Theodosiū singularis studij & amor*
*caussas, hanc quoque adiungit, qu*
*riens magis de statu Ecclesiarum q*
*pso sollicitus fuisset.*

*Denique cum veteri Christian*
*um more pro mortuo orasset:* Da re
*quiens,* Domine seruo tuo The
quiem quam præparasti Sanct

*si ipse voti sui compos factus non dubitat gratulabundus addere.* Nunc se augustæ memoriæ Theodosius regnare cognoscit, cum in regno Domini Iesu Christi lætatur, quando Gratianum, quando Placillam recipit, quando Constantino adhæret, qui quod primus Imperatorum credidit, & post se hæreditatem fidei (*vtique intellexit D. Ambrosius, vera non falsæ neque hæreticæ*) principibus dereliquit, magni meriti locum in cælis reperit. *Ecce quam amanter, quam honorifice de his duobus Imperatoribus Constantino & Theodosio loquitur D. Ambrosius, non tantum videlicet, vt de Catholicis viuisque Ecclesiæ Dei membris, sed & tanquam de vnius eiusdemque cum ipso Ambrosio fidei & Ecclesiæ consortibus.*

*Quid de vtroque Imperatore D. Augustinus? Res mira, res pulchra, nec fors sine numine Diuum vt inquit Poëta, in vna eademque oratione ambos Imperatores celebrat D. Ambrosius. In vna eademque epistola ambos Imperatores celebrat D. Augustinus, Epistola ca numero est 66. ad Donatistas scripta, in qua cũ contra Donatistas Imperialia Constantini & Theodosij versasset decreta, & D. Pauli pro te-*

*nen-*

*nenda Ecclesiæ vnitate obiecisset*
*iungit hoc ipsum quod D. Paulus,*
Imperatores iam dicti, quia
Catholici sunt; *notemus audit*or
*Augustini*, quia, *inquit*, Christian
ci sunt, non enim omnes Chr
tholici: quia non Idolorum se
vester Iulianus, ad quem ab
nostris prouocastis, non hære
cut alij quidam fuerunt & Ecc
tholicam persecuti sunt. *Quid*
*horum duorum Imperatorum ad*
*psis, quæ in D. Augustino fuit, com*
*fidem, clarius ac certius produci po*

*Quis autem vel sola horum san*
*& doctißimorum patrum compend*
*fideliter nuper collecta, confeßion*
*Augustinianam & confeßionem An*
*vel à limine tantum inspexit, qu*
*viderit, eandem prorsus quæ hod*
*Catholicorum, fuisse iam olim et*
*pietate & doctrina clarißimorum*
*religionem, & adeo tum patrum*
*Imperatorum istorum de rebus fide*
*que consensum tantum distare ab*
*norum Consultorum siue Luther*

*Caluinismo, quantum distat cœlum à terra, lux à tenebris, dies à nocte, Christus ipse à diabolo.*

*Et verò fateri ista ipsi coguntur aduersarij dum næuos nescio quos, fœnum & stipulas nescio quas, hoc est, ea dogmata quæ Lutheranismo & Caluinismo ex diametro repugnant in patribus hisce & Imperatoribus passim annotant, rodunt, radunt, cum interim mentiri audeant in omnibus quas contra nos agitant fidei controuersias suos esse hos Patres, suos esse hos Imperatores. Si suos esse vere dicunt, cur nos in illorum fide nihil reprehendimus, ipsi tam multa? si suos, cur illorum dicta & facta istorum dictis factisq́ tam sunt contraria?*

*Sanè si temporis angustia pateretur, recitarem vobis auditores, è libro 3. Eusebij Cæsariensis de vita Constantini, cui ille familiaris & veluti domesticus fuit, comparationem pulcherrimam, qua Cōstantini pietatem cum ethnicorum comparat impietate. Certe scio, si vel audiretis tantum, vna voce omnes fateremini, Lutheranos & Caluinianos sub Christi & Euangelij specioso titulo multo magis cum ipsis ethnicis quam cum Constantino: (idem etiam volo intelligi de Theodosio) dicere, facere. Illi videlicet persecutores Christi (libabo enim*

*paucula) contumeliosis verbis Chri*
*dere non sunt veriti, hic in eximi*
*trophæo, in ligno & signo Christi vi*
*gloriatus est, crucis signo vultum sig*
*cis templum Hierosolymis extruxit*
*gnum semper gestari ante exercitu*
*Quid horum faciunt nostri Luthera*
*uiniani cum Constantino? Non nega*
*nec contemnunt aperte Christum a*
*dunt & contemnunt ea quæ sunt C*
*Crucis templa, uti Crucis signum in*
*cætera id genus in Christi honorem*
*salutem.*

*Sed pergo in Eusebij cōparatione*
*sti famulos, Episcopos, Sacerdotes,*
*& virgines sacras domiciliis & lari*
*bare atq; in exilium eijcere; an n*
*nostri idipsum fecere? Hic vero pr*
*bus eos restituere & publicis sumpti*

*Illi scripta probrosa palam contr*
*rum Præsides emittere & falsis ca*
*obiectare: an non hoc ipsum sectari*
*contra eosdem edictis & legibus m*
*res reddere, adeo vt aliquando dic*
*delinquentem grauißime sacerdote*
*ret, pallio se eum tecturum in honor*

*& religionis Christianæ, ne quis alius videret. An quicquam lætius ac iucundius sectarijs, quã non dico vera sed vel falsa crimina in Episcopos, in Sacerdotes, in religiosos, imò in quosuis Catholicos vel tantum probabiliter posse confingere?*

*Illi, ethnici inquam, sacras ædes precibus destinatas funditus euertere, an non idipsum nostris in more est aduersarijs? Hic verò tum eas quæ extabant, altius erigere, tum nouas sumptu ex ipsis regijs Thesauris suppeditare, magnifice extruendas curare, tum in Dei ipsius honorem, tum in B. Virginis & sanctorum aliorum memoriam.*

*Illi mandare, vt libri diuinitus inspirati in ignem iniecti penitus delerentur, an non Lutherus Ius Canonicum, vbi & sacrorum Canonum & locorum sacræ scripturæ per supremos Ecclesiæ Christi Hierarchas in vtilitatẽ totius Christiani populi propositus diuinus quidam Thesaurus flammis voracibus absumendum dedit, an non tum ipse tum Caluinus, tum alij Nouatores quibus cum Consultores isti noui faciunt, bona parte librorum ipsa sacra Biblia mutilauerunt? At Constantinus vt tales libri ex ærario regio & ornarentur magni-*

ficeɔ, & augerentur numero, de

Illi iubere ne Episcopi vsquam
cogere aggrederentur Sic nostris sect
ta sudes in oculis Tridentinum Conc
riis machinationibus eius progressu
re conati sunt, cum verò impedire n
nullo neque Imperatoris neque Pon
conductu adduci ad illud potuere:
tunc venerint & audiri voluerint,
non potuerunt, quando videlicet
Saxoniæ Dux ipsum Imperatorem
in Comitatum Tyrolensem penetra
rentibus gladijs Patrum Tridenti
uicibus imminuit. At Constantin
bus gentibus euocare Episcopos, i
intromittere, laris sui mensæq; sua
facere, decretis eorum summa cum
obsequi.

Illi seruos Dei fœdis suppliciis a
ignorari potest quantum à sectari
tholici præsertim Ecclesiastici in G
periori, superioribus annis, in inf
rioribus annis, & porrò etiamnu
atque Anglia? Hos verò Constant
suæ Maiestati cæteris fideliores pr
mabat: Et qui Romanæ fidei sectat

*pter fidem hanc vllam molestiam intulissent, eos pœna coërcebat, & si ita fieri posset ad meliorem mentem traducebat.*

*Romanæ fidei dixi sectatoribus; nec enim aliam quam Romanam vel Constantinus Imperator, vel D. Ambrosius, vel D. Augustinus pro Catholica, & ad salutem necessaria habebat fide: Vt quidem apertissimum est ex Ambrosio in oratione funebri de obitu fratris sui Satyri vbi eum valde laudat quod noluerit cõmunicare cum Episcopis nisi Catholicis, hoc est, vt ipsemet ibi interpretatur, nisi cum ijs, qui cum Romana Ecclesia conuenirent: vt etiam minimè obscurum est apud D. Augustinum, qui contra epistolam Manichæi, quam fundamenti vocabant cap. 4. scribit:* Tenet me in Ecclesia Catholica, iam inde ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionẽ suam Dominus mandauit, vsque ad præsentem Episcopatum, Anastasij videlicet, successio sacerdotũ. *Quia reuera non alia sit Catholica Ecclesia, quam quæ Romanum Pontificem tanquam D. Petri Apostolorum Principis successorem, & verum Christi in terris vicarium, ac visibile totius Ecclesiæ caput agnoscit.*

*Sic etiam B. Imperator Consta*
*trouersiam eam quæ erat inter C*
*scopum Carthaginensem & Do*
*summum in rebus Ecclesiasticis Iu*
*re volens, certè non alteri quam*
*chiadi Romano Pontifici eam pr*
*mendauit. Sic idem Constantin*
*Syluestrum à quo baptisatus fuera*
*Diui Petri in primatu successorem*
*alios omnes Episcopos, reges & p*
*norauit, vt Vrbem Romam, ornam*
*uilegia maxima ei donauerit.*

*Sic in Concilio Nicæno, cui ipse*
*terfuit sed non præfuit, verum i*
*de, vt ait Theodoretus Episcopis*
*prius tamen quam ipsi annuissen*
*cum non solum de consubstantiali c*
*nos, & de tempore celebrandi Pa*
*clarè sancitum atque declaratum*
*rum etiam inter Patriarchas prim*
*no Pontifici synodali declaratione*
*butus, tanquam is qui ipso iure*
*ante ei conueniret: nihil vsquam*
*gitur vel dixisse vel fecisse Consta*
*per omnia libenter reuerenterque*
*se: longè aliter profectò quam no*

*res, quibus Romanus Pontifex Antichristus est, Romana Ecclesia ipsa pestilentiæ Cathedra. Quid ita Nouatores? Tam magno resilitis saltu à Constantino Magno, à Theodosio Magno, & ab his Patribus qui hos Imperatores à recta in Deum fide tantopere commendant?*

*Dicitis*; Non eadem est hodie quæ fuit olim Romanæ sedis fides: Mutata plurimum; *quid audio? Quando igitur quæso hanc fidem sanctis Patribus Augustino, Ambrosio alijsque, & sanctis Imperatoribus Constantino, Theodosio alijsque tantopere probatam Roma amisit, quando quod fuit esse desijt? Quo quæso tempore, quo Pontifice, qua via, qua vi, quibus incrementis Vrbem & Orbem religio peruasit aliena? Quas voces, quas turbas, quæ lamenta ea res progenuit? Omnes orbe reliquo consopiti fuerunt, dum Roma, Roma inquam noua Sacramenta, nouum Sacrificium, nouum Religionis dogma procuderet? Nullus extitit Historicus, neque Latinus, neque Græcus, neque remotus, neque citimus, qui rem tantam vel obscure iaceret in commentarios?*

*Sed nugas, præstantissimi auditores, nugas,*

*nugis Siculis vaniores obiectant is... dent homines excæcati veritatis ... Ecclesiæ odio, si alia Romanæ Eccle... des olim, quam nunc est, non posse ... dem esse fidem Ecclesiæ Romanæ, q... Augustini, D. Ambrosij, Magni C... Magni Theodosij, & similium fuit, ... ri laudatissimi eam quæ tunc in Eccl... na vigebat, fidem tenuerint, & tan... ctenus ostensum est nihil ab ijs quæ ... hodie in Ecclesia Romana vigent a... dogmatibus.*

*Possem auditores, de Constant... plura non dubia eius fidei quam n... quimur & defendimus contra nouo... sultores argumenta & indicia pr... Possem de Ecclesia portatili, signo ... signita dicere, quam in bellis circ... Constantinus, & in ea Sacerdotes q... secum habebat, rem diuinam facere ... cra mysteria dispensare volebat: Po... sto exaltationis sanctæ Crucis quo... quot annis curauit, & de tribus clau... morare, quibus Christi Dei nostri c... fixum est: quorum vno galeam inst... terum equi freno inseruit, vt ipse ...*

*ſpiritualibus armis vbique tutior eſſet, & illud Prophetæ Zachariæ in ipſo impleretur,* In die illa erit quod ſuper frenũ equi eſt ſanctum Domino; *poſſem de vrbis Conſtantinopolitanæ initiatione dicere, ad quam veluti ad encænia Epiſcopos plurimos finito concilio Nicæno inuitauerat. Qui venerunt & piis precibus vrbem proſecuti ſunt, etiam incruento ſacrificio operantes, ſic enim Græcè habet Nicephorus* τὴν ἀναίμακτον θυσίαν ἐπιτελοῦντας, *& vrbem nouam atque imperantem Conſtantinopolim nominantes, eamque D. Virgini tanquam præcipuæ apud Deum patronæ dedicantes.*

*Poſſem de eius erga ſacras reliquias deuotione & reuerentia referre, quomodo S. Andreæ, S. Lucæ, & S. Tadæi reliquias teſte* D. Hieronymo *contra Vigilantium Conſtantinopolim valde honorifice tranſtulerit, quomodo cum Nicomedia in Bythinia moreretur, ſepeliri tamen ſe Conſtantinopoli mandarit, ne longe abeſſet à Sanctorum Apoſtolorum reliquiis, quẽadmodum & illud ipſum ſanctorum Apoſtolorum templũ, ideo Conſtantinopoli condiderat, vt inquit Socrates ſcholaſticus Græcus ſcriptor, ne Imperatores & Sacerdotes Conſtantinopo-*

*litani aliquando sacris reliquiis destitu*
*Non tacerem cætera quæ ipsius & S.*
*Ecclesiæ fidem non parum illustrarunt*
*admodum ex contactu sepulchri ipsi*
*tua quam in porphyretici marmoris*
*posuerat, ægritudines cesserint, & m*
*rum quoque claritate illud Christi i*
*mortuo impletum fuerit.* Glorifica
glorificabo.

*Sed tempus effluxit adeo vt quæ p*
*ram speciatim de Theodosio, quemad*
*hactenus de Constantino, afferre in me*
*ne quidem audeam attingere, nisi vest*
*tores, patientia nimis inciuiliter abu*
*Hoc autem certissimo vobis persuasum*
*tis, Theodosium Constantino, vt corpo*
*lem (tam enim procerus erat, vt nu*
*aliorum Imperatorum purpura quam*
*tini conueniret) ita & studio ac religi*
*se quàm simillimum. Loquuntur hoc o*
*storiæ tam Græcæ tam latinæ quæcunq*
*de his Imperatoribus perscriptæ sunt.*
*tur, Deo volente idipsum qualiscunq*
*mea, vel alias mihi habenda, vel alias*
*genda.*

*Sic vero cum res se habeat, audito*

*ſtantiſsimi, faceſſant procul Conſultores illi impudentiſsimi, iniurij in principes ſuos, quos tam pernicioſe ſuis blanditiis decipiunt, iniurij in Imperatores noſtros à Deo in ſingularem Reipub. Chriſtianæ & Eccleſiæ ſuæ vtilitatem coronatos, quos tam apertis mendaciis onerant; nos autem Catholici eiuſmodi Catholicorum & Deo amabilium Imperatorum imitemur omni ſtudio rectam in Deum fidem, veram & ſynceram pietatem, ſi beati, ſi felices eſſe volumus, vt ſine dubio volumus. Veriſsime enim Conſtantinus ad præfectum ſuum Anilium, neglectam religionem magna afferre pericula, legitimè tractatam & cuſtoditam maximam proſperitatem Romano nomini & præcipuam felicitatem cunctis rebus præſtare mortalium. Veriſsime quoque Theodoſius moriens, ad filios:* Per veram & integram pietatem o filij, pacem habebitis, trophæa excitabitis, victoriam à Deo conſequemini.

*Quæ ſecum conſiderans & feliciter intelligens doctiſsimus Dominus Candidatus noſter Daniel Paggaeus, cum aliquando infeliciter iſtorum peruerſorum Conſultorum fraudibus illaqueatus fuiſſet, mature (quæ eius laus eſt non minima) diuina ipſi aſpirante gratia reſipuit,*

&

*& in Grezensi Academia quam imprudens hæresin imbiberat, eam prudens recteque edoctus reiecit serio, abiurauit penitus. Quam Grezianam eius conuersionem si dicam Deum tam illustri & splendida non modo serenissimorum Principum nostrorum sed & serenissimi Archiducis qui iam recens nobis ex Greziana adest Academia honorare voluisse præsentia, fortassis non male coniectem nec multum à vero aberrem. Multa enim Deum colentibus prospera, vt spernentibus aduersa.*

*Præclare autem hoc facto suo Candidatus noster secutus est non modo fidem & religionem vere magnorum Imperatorum Constantini Theodosijque sed & nobilia trium insignium nostræ ætatis Iureconsultorum exempla, Francisci Duareni, Caroli Molinæi, Francisci Balduini, quos omnes par est credere non parum etiam motos fuisse tantorum Imperatorum iudicio & authoritate, præsertim Balduinum qui ipse Drepanij Pacati edidit panegyricum Theodosianum, & proprium de legibus Ecclesiasticis & ciuilibus Constantini scripsit libellum.*

*Dignus igitur, imo dignissimus Candidatus noster tum propter Catholicæ fidei synceritatem,*

*tem, tum propter singularem optimarum artium & legalis sapientiæ cognitionem, qui suprema in vtroque iure laurea condecoretur: Dignus imo dignißimus cuius probata fides, spectata virtus, explorata eruditio publicum & quidem honorificum testimonium consequantur. Propius ergo se mihi breui sed solenni sponsione adiungat, tum ego quod mei est officij lubens ei latusque præstabo.* Dixi.

## ORATIO VIII.

# DE ERVDITÆ ELOQVENTIÆ LAVDIBVS.



*Res præclara & illustris Eloquentia, quæ in omni libera beneque constituta Repub. semper floruisti, semper dominata es, ac valuisti plurimum: quæ & in hac ipsa celebritate atq; panegyri philosophica iure moreque tuo & primas tenes, & secundas & tertias. Quid enim* Magnifice Rector cæterique nobilitate, virtute & doctrina præstantissimi auditores, *quid aliud hic expectatur, quam vt ex ordine alius peroret post alium, & hoc quasi pulchro quodam fragrantique*

*que variarum orationum serto coronentur hi præsentes Candidati nostri, victores & triumphatores vitiorum & ignorantiæ, antesignani virtutis philosophicæ & optimarum artium?*

*O eloquentia ad cuius laudes nullius satis sit eloquentia: Quam ego vellem, tuæ facultati parem vt possem hodie sermonem habere, quo clarissime ostenderem, si ea sit rationis & orationis, sapiendi & dicendi vis ac præstantia in Candidatis nostris, quam esse indicat tam honorificum de ipsis Philosophici Collegij iudiciū & tam docta ornataque à Candidato primo iamiam habita oratio, tum ipsos hos Candidatos eo quem petunt, honore esse dignissimos, tum vero studiosis adolescentibus eo velis remisque, vt loquuntur, adeoque omni studio labore & contentione esse enitendum, vt secundum virtutem, quæ merito scientiis disciplinisque omnibus anteferenda est eruditam sibi eloquentiam comparent.*

*Equidem, quam recte, quam feliciter ego hactenus per annos complures hoc meo Procancellarij munere perfunctus fuerim, quam me oratorem bonum, quam vtilem, quam iucundum præstiterim, nescio, nec si scirem, ipse dicerem. Attamen illud dico, si in munere*

*hoc*

*hoc meo non plane displicui, si isto ad dicẽdum ornatissimo, ad agendum amplissimo loco, non prorsus indignus visus sum id maiori ex parte me debere non plane indoctæ cuidam dicendi mediocritati.*

*Sinite igitur auditores, sinite, quæso, vt huic veluti gratiam quandam referens gratiæ facultatique dicendi, non quæram nunc aliud orationi huic meæ argumentum; quin potius eruditæ eloquentiæ laudes non ex multis; sed ex vno, non ex prophano aliquo, sed ex sacro, non ex obscuro aliquo, sed ex clarissimo celeberrimoque vobis referens authore, hac quidem ratione simul & Candidatorum nostrorum studia collaudem, & adolescentum nostrorum ingenia excitem, informem, inflammem. Author vero is est, quo ego libenter & frequenter, tum meipsum, tum alios docere & oblectare soleo, sanctissimus ille, eruditissimus & eloquentissimus Theologus D. Gregorius Nazianzenus. Nepotem is habuit ex consobrina sua Nicobulum quendam mira doctrinæ cupiditate flagrãtem & ad celebrem aliquam Academiam toto pectore anhelantem, quo literarum studiis cõmodius operam impendere, & disciplinarum orbem felicius obire atque absoluere posset. Sub*

*huius persona elegãtem D. Gregorius epistolam texuit, qua huius rei copiam facultatemque adolescens ille petit à patre item Nicobulo dicto.*

Non aurum, non argentum, *inquit filius ille*, non sericas vestes, non pretiosas gemmas, non latifundia, non sublime matrimonium honoratum onus, non excelsum thronum expeto, ô pater. Incerta & infida hæc esse omnia, etsi imbecilliore adhuc mente præditus, animaduerti, atque ex sapientibus hominibus audiui. Vnum hoc, ô pater expeto, eruditionem eloquentem vel eruditam eloquentiam. Id ad excellentium virorum, & tui ipsius imitationem facio; Qui tametsi Imperatorum latus in bello cinxeris, atque in hominum rei militaris peritissimorum numero habitus fueris, maiorẽ tamen multo gloriam nominisque tui splendorem ex doctrina facultateq; dicendi quam ex istis omnibus consecutus es. Indulge hoc quæso pater, vt non tam diuitiarum tuarum quam doctrinæ tuæ patrimonium accipiam. Da sane superfluas & fluxas opes aliis: mihi illas, quę ad

ad bene beateque viuendum tantopere conducunt, quæso ne denega.

Ecquæ enim tibi voluptas erit, ô Pater, si simiam, animal homini externa quadam specie non plane dissimile, cæterum fœdum ac turpe habeas, etsi enim aureis eam funibus exornes, non tamen hic ornatus faciet, quin ridiculũ sit hoc animal, leuitatisq; plenum. Quid gratiæ asino accedet, etiamsi maximum auri pondus ferat? Ideo ille rudere & ingratissimũ sonum edere desinet, quod tam multo auro onustus sit? Quid deniq; attinet plumbeos enses argenteis vaginis recondere? Hoc est, externis corporis & fortunæ bonis gloriari, interim animi cultu ornatuq; carere? Conferam ego ô Pater, naturam, laborem, assiduitatem. Reliqua mihi tuo beneficio contingant. Occasio iam rei agendæ est, quæ semel elapsa, frustra postea conquiretur. Agricultura suum tempus habet, suum nauigatio, suum venatio: suum bello, suum floribus tempus est, sic literarum doctrinæq; studiis nullum accomodatius tempus fingi potest, quam cum animorum

amor maximè viget, nec multiplicibus formis pectus adhuc impressũ est: Tunc vitæ fundamentũ siue bonum, siue malum adolescentes iaciunt.

Noli igitur committere mi pater, vt fons magnum flumẽ parturiens obstruatur, vt lucernæ lumen, olei penuria extinguatur, vt propter humoris inopiam plãta recens emarcescat. Fontem aperi, ô Pater, lumen ale, plantam riga; vt in iustam vsque magnitudinem excrescat. *Hæc filius ille, vtique indolis bonæ ingenÿque ingenui.*

*Quid verò Pater, vel potius, quid diuinus ille Gregorius sub persona patris ad filium?* Fili mi, *inquit ille*, doctrinam & eloquentiam expetens, optimã procul dubio rem expetis. Nam ipse quoq; doctrina & sermonibus delector, quos Christus vitæ nostræ lux eximio planeq; cælesti beneficio mortalibus dedit. Nec enim ille, cum tot alioquin nomina habeat, vllo tamen perinde gaudet ac cum verbum aut sermo appellatur. Non igitur fontẽ, qui fluuium magnum contineat, obstruam, non committam vt olei penuria lumen

men lucernę emoriatur, vt humoris inopia ingenij tui planta exarescat. Proinde & parentum & tuis ipsius precibus subnixus, perge quo te hoc virtutis & doctrinæ desiderium vocat, siue ad Lusciniam illam Atticam Athenas, siue ad clarissimam Phœniciæ ciuitatem Berythum, vbi Romanæ leges sibi domicilium fixerunt, siue ad rerum omnium & bonarũ literarum emporium amplissimum Alexandriam, ibiq́; sic studia tua vrge, prosequere, vt te breui præceptores tui doctrinæ & eloquentiæ oculum habeant, & te inter classicos asscribant.

Ne verò nullo munere discedentem te prosequar, hęc tibi præcepta do: primum cura, vt Christum vitæ studiorumq́ue tuorum Ducem habeas, viuum inquam illud verbum, viuum illũ sermonem, qui verba & sermones omnes dignitate longè antecellit. Caue deinde ne malos & flagitiosos homines tibi socios adsciscas. Pestis enim contagione sua etiam validissima corpora inuadit. Et tu quoq́; pro ætatis imbecillitate facilius obscenitatem vitæq́; sordes ab istis con-

trahes, quam virtutem ipsis tuam impertiueris. Deinde operam da, vt pudicitiam sociam ac familiarem tibi habeas, ne alioquin amorem bonum malus amor extrudat. Vt enim bonus amor boni omnis principium est, sic omnis mali malus. Parentibus porrò tuis pro mercede rependatur gratiarũ actio nomenque bonum. Sic tandem expleto, tantis illis doctrinæ & eloquentiæ bonis animo, felix ad nos redeas. Doctrinæ enim & eloquentiæ secundum virtutem laudem esse tribuendam primariam libenter meritoq; fateor.

Non ego quidem literarij laboris pelagus emensus sum, nec tantum me Oratorem agnosco, quantum tu me prædicas ô fili. Sed tamen ô illustris eloquentia te admiror, te colo. Eloquentia namque vitæ veluti fundamenta iecit & homines à feris separauit. Huius opera vrbes conditæ, leges inuentæ ac introductæ sunt. Hac Dei laudes celebro, hac virtutem commendo & in cælum fero, hac vitij robur frango, hac mundos diuido, cælestem & eum qui ad interitum tendit,

dit, hac ea, quæ Deus docuit & quæ ſapientium virorum ſermo confirmauit, oſtendo, quomodo boni pro virtutis ſtudio immortalem olim gloriam conſequentur, malis autem ſempiternæ ignominiæ nota inuratur.

Erudita eloquentia ei qui vitam ſolitariam agit, hoc præſtat, vt nulla re, quæ ad vitam degendam neceſſaria ſit, indigeat, ei autem qui in hominum luce ac ſplendore viuit, ſublimeſq; ſpiritus gerit, ſplendidiſſima corona eſt, omnibus vernis floribus longe excellentior. Erudita eloquentia perturbationibus animi ſedandis eximia medicina eſt. Hac vehementius æſtuantem iram, quæ menti nebulas offundit, emollio, hac mœrorē conſopio, hac lætitiæ modum impono, ſic videlicet me regens, vt nec aduerſis rebus immodicè crucier, nec ſecundis nimium extollar, verum alteri ab altero adiumentum afferam in acerbis nimirum ſpe animum muniens, in tranquillis autem timorem adhibens. Erudita eloquentia Reges quo vult ducit, populos quo vult pertrahit, in foro ac concio-

nibus floret, in epulis regnat, bella comprimit, sæuos ferocesq; animos non aliter quam ferrum ignis emollit.

Nec vero Orphica illa Cythara, mea quidem sententia, quicquam erat aliud, quam eloquentia, quæ tam bonos, quam malos homines carminis suauitate ducebat. Nec aliud illa Amphionis lyra, quæ lapides, hoc est, cōtumaces & saxeos homines permouebat. Nec aliud Homericum illud Moly, quod Mercurius Vlyssi ad Cyrcen se conferenti porrexit, tum vt sociis suis in porcos mutatis opē ferret, tum ne ipse quoq; in porcum verteretur. Nec aliud deniq; illud eiusdem Homeri Nepenthes malorum omnium obliuionem inducens.

Quid quod eloquentia venerandam quandam alumnis suis maiestatem etiam ignotis apud ignotos conciliat? Cuius rei coniecturam ex eodem illo Vlysse facere licet, quem sæuissima tempestate iactatum ac nudum in littus eiectū, membris lacerum, mendicum, sed prudenti & eleganti oratione vsum Regia virgo perquam honorificè excepit, Pheaci-

acibusque & Alcinoo Regi hospitem, omnibus aliis hospitibus augustiorem ostendit.

*Hæc omnia, ordine tantum alio verbisque aliis, summus ille Orator, Philosophus & Theologus, D. Gregorius Nazianzenus sub Nicobuli patris persona, de illa erudita, & vt ita dicam, philosophica eloquentia, quæ vt idem in oratione prima contra Iulianum scribit, non vitij sit stimulus, sed virtutis instrumentum & armatura. Quibus cum iungantur, si placet, & recognoscantur, quæ paßim apud M. Tullium cæterosq; dicendi magistros in laudem veræ laudandæque leguntur eloquentiæ, plurima, pulcherrima, præclarißima, plærisq; etiam vestrum, ornatißimi adolescentes, notissima & certißima.*

*Sat mihi tam pulchro, tam claro, tanti Theologi testimonio illud ostendisse, aspiranti ad verum decus, non corporis, non rerum externarum sed præcipuæ partis in homine, præcipuam esse curam habendam: Animum videlicet modis omnibus esse excolendum primum quidem pietatis studio, vt verbo illi viuo & sempiterno placeamus. Deinde erudita eloquentia, siue quod tantundem valet, ea di-*

*cendi facultate qua bonarum literarum & inprimis philosophiæ non vulgari instructa cognitione, non inani quadam feratur verborũ volubilitate & profluentia, sed de rebus publicè priuatimq́ utilibus loquatur non tantum eleganter, sed & sapienter, non tantum ornate sed & docte, non tantum copiose, sed & fructuose, adeoq́ iucunda & salutaris sit tum ijs qui dicunt, tum ijs qui audiunt.*

*Superest, vt hæc vos serio vobiscum reputetis, optimi & studiosissimi adolescentes, vt cogitetis vos cum Nicobulo illo vel Athenis, vel Berythi, vel Alexandriæ versari, hoc est, in ea ciuitate quæ tum doctrinarum tum ingeniorũ varietate ac præstantia abundat; Vt cogitetis genua nunc vobis & ingenia virere, hoc est, ea vos esse ætate, quæ studiis inprimis apta sit & idonea: vt cogitetis hoc parentes, hoc propinquos vestros certo sperare, maximè optare, vt labores & sudores ipsorum non male collocetis sed expleto doctrinæ & eloquentiæ bonis animo, felices domum redeatis. Vt Academiam in qua nunc ipsorum beneficio agitis, non pro inertis & effrænis petulantiæ ludo, non pro otij & temulentiæ diuersorio habeatis, sed pro virtutis, pro continentiæ & modestiæ, pro sapientiæ*

*tiæ & eloquentiæ nobilissima & instructissima officina.*

*Nolite igitur committere vt in tanta rei benè gerendæ occasione vobis ipsi defuisse videamini. Nolite lucernam bonæ indolis negligere, quin potius de præceptorum vestrorum, de bonorum & doctorum siue antecessorum, siue commilitonum lumine lumen vobis accendite. Nolite fontem ingeniorum vestrorum scaturientem vobis ad laudem & vtilitatem maximam obstruere. Quin potius aperite eum & haurite aquas, cum gaudio de fontibus Saluatoris. Verè enim ex fontibus Saluatoris sunt illi compluribus, imò vnus quoq; naturalis ille sciendi ardor & appetitus gloriæ & dedecoris metus qui omnes sunt in vobis. Nolite plantam eam quam plantauit Pater cælestis ad vestram & aliorum salutem, innatam videlicet illam pietatis, doctrinæ, copioseq; loquentis sapientiæ inchoationem ac veluti sementē quandam incultam relinquere; quin potius excitate eam studio ac labore vestro, fouete, rigate, dabit incrementum Deus, vt herbescens hæc vestra viriditas adolescat, effloreseat, maturescat, & vberrimos fructus afferat.*

*Vobis verò lectißimi Candidati, quibus hæc omnia iam diu curæ cordiq; fuerunt, qui poßit non esse dulcis huiusce curæ recordatio? huiusce studij laborisq; conscientia? Ecce enim vobis, qui solida hactenus bona cum optimo illo & generosißimo D. Gregorij Nicobulo secuti estis, nunc cum eodem solitum quoque assequimini gaudium, solitum præmium, honorificentißimum nempe præceptorum vestrorum, imò bonorum omnium iudicium, amorem, testimonium: vt vos tanquam disciplinæ suæ oculos diligant, prædicent, & adeò inter clasßicos ascribendos censeant, vt plenißimo suffragio supremum vobis in philosophia honoris gradum decreuerint. Agite igitur in ea quæ vobis Notarius noster præleget, solito vos iureiurando astringite, tum ego debitam vobis facultatem licentiamq; sine cunctatione vlla impertiar.*

Dixi.



ORATIO

## Oratio IX.

# DE VISIONE EZECHIELIS PROPHETÆ, SEU DE QUATUOR ANIMALIBUS.

ADMIRANDA *fuit*, serenissime Archidux, Illustrissime Marchio, reuerendissime & amplissime Episcope Tergestine, magnifice Domine Rector, cæterique cuiuscunque dignitatis & ordinis ornatissimi auditores & spectatores, *Admiranda fuit diuini illius vatis Ezechielis visio, quam is & primo & decimo describit prophetia sua capite:* Et ecce, *inquit*, similitudo quatuor animalium & similitudo hominis in eis: vnicuique facies quatuor & alæ quatuor desuper extentę: vnicuique pedes recti, nec reuertebantur cum incederent, sed vnum quodque ante faciem suam gradiebatur vbi impetus erat spiritus: vnicuique eorum facies hominis, leonis, bouis & aquilæ. Et aspectus eorum quasi carbonum ardentium, & quasi aspectus lampadarum.

*Admiranda prorsus visio, & quicquid tandem*

*dem aduersarij nostri de claritate & facilitate scripturarum diuinarum blaterent, nescio an vllam adhuc certam sortita interpretationem. obstupescunt in hac visione & obmutescunt vt refert super Ezechielem D. Hieronymus, omnes Iudaeorum synagogae. Ipse vero D. Hieronymus & D. Gregorius magnus non tam definiendo quam opinando visionem hanc de quatuor Euangelistis accipiunt, vt facies hominis Matthaeum designet, quia is praecipue de Christi humanitate agat, Leonis facies Marcum, quia de eius regno, bouis facies Lucam, quia de eius Sacerdotio, aquilae facies Ioannem, quia de eius diuinitate. Sed cum hae quatuor facies his quatuor Euangelistis propter quatuor, vt ita dicam vnius Christi facies attribuantur, quid ni altius liceat assurgere, & visionem tam raram tam praeclaram ad Christũ ipsum referre: praesertim cum ea sit scripturae sacrae profunditas & facunditas, vt vnus & idem ipsius locus non vnum tantum, sed plures etiam admittat sensus literales, multum quidem saepe inter se diuersos, nunquam tamen inter se aduersos, nunquam peruersos.*

*Quatuor legimus apud Ezechielem animalia, & vnum tamen. Nimirum & Christus vnus.*

*nus est, & facies tamen quatuor habet. Hominis vtique, quia in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo; Leonis, quia victor inuictissimus & gloriosissimus mundi, mortis, peccati, & diaboli; bouis, quia non solum Sacerdos ipse sed & Sacrificium pro peccatis nostris, imo totius mundi; aquilæ, quia verus Deus, propria virtute de sepulchro rediuiuus, propria virtute in Cælum profectus iter pandens ante eos, inter quos ipse primitiæ dormientium fuit, seu primogenitus mortuorum. Amplius vnus quidem Christus est, sed facies quatuor insignium virtutum habet; faciem hominis propter mansuetudinem & misericordiam; faciem Leonis propter fortitudinem & iustitiam; faciem bouis propter labores & patientiam; faciem aquilæ propter scientiam & sapientiam.*

*At quorsum hæc inquiet aliquis, quorsum tam alte petita? Vt hinc sublimitatem atque præstantiam intelligamus & agnoscamus Candidatorum nostrorum ad laudem ipsorum multo maximam, ad exemplum studiosæ iuuentutis multo saluberrimum. Quatuor numero sunt Candidati nostri, quatuor vnusquisque facies habet à scriptura commendatas, vnius nihi-*

*hilo secius hominis similitudo in iis omnibus. Recte enim & perfecte credentium cor vnum est & anima vna: Vere & ex animo Deum diligentium commune quoddam est amoris vinculum, & charitas fraternitatis, vt ab Apostolo vocatur. Vultis hominis faciem videre in ipsis? Videte ipsorum modestiam, videte humanitatē, videte singularē morum suauitatem & gratiam, propter quam iampridem clari, iampridem chari omnibus, superioribus, inferioribus, æqualibus.*

*Vultis Leonis faciem, regale videlicet & inuictum aliquid? En regale in eis Sacerdotium; en sacri coronam ordinis; en pietatis insignè studium ne regnet peccatum in hoc mortali corpore, sed magis vt regnet gratia per iustitiam ad Rom. 5. En sui victoriam & de vitiis triumphum, en denique maiorem quam ipsius Herculis fortitudinē; qui cum male sano Deianiræ consilio exuuias leoninas exuisset, victor antea tot monstrorum, victus tandem ipse turpissime est à perniciosissimo monstro voluptatis.*

*Vultis quoque bouis faciem? Quid Candidatis nostris laboriosius; quid ad perferendas tot & tantas studiorum molestias tolerantius, con-*

*stan-*

stantius? Philosophiæ & Theologiæ studia absoluerunt omnes alacriter, feliciter, imò non vnū duntaxat sed plures philosophiæ cursus etiā profitendō cucurrerunt Reuerendi Societatis Iesu patres Gretserus & Bacherius, adeo non delassati hactenus, vt etiam fortius deinceps pedem Deo iuuante fixuri sint, & quod Reuerendus pater Gretserus proximis hisce mensibus in Theologia priuatim docenda magna sua cum laude præstitit, idipsum ipse & collega eius Bacherius mox publice siue hic siue alibi etiam præstituri videantur.

Reuerendum vero & eximium Dominum Ioannem Cholinum Collegij Georgiani Regentem si quis in recta Collegij sui constituenda œconomia, in bona tam numerosæ iuuentutis retinenda disciplina, in felici procurando studiorum virtutisque progressu otiosum & à laboribus vacuum esse credit, næ ille magnam illi iniuriam facit, næ ille parum æquum parumque peritum se istarum rerum censorem ostendit. Quod si ea, de qua nuper magnus quidam ad me perscripsit amicus, functio Domino Puechouerocontingat, de labore & is ad laborem abibit dignum virtute sua, dignum doctrina sua.

Forte nubila faciem in Candidatis nostris

*requirimus? At vero Theologiæ, hoc est, non liberali tantum sed & liberatrici scientiæ tam diu tam gnauiter incumbere, ad altißima illa Trinitatis & incarnationis mysteria, ad illa mirabilia diuinæ maiestatis adita, abditaque studio & cognitione, quantum fas est mortalibus conscendisse, à voluptatibus carnis se purum & incontaminatum præstare, quæ sursum sunt sapere, quæ sursum sunt quærere; quid aliud est quæso quam cum generosißimis aquilis in sublime ferri, solem fixis oculis intueri, cæloque proxime volare?*

*Alas etiã habent Candidati nostri quatuor virtutũ & bonorũ desideriorũ desuper extentas, hoc est, in cælum erectas & directas, incedunt in via virtutis nec reuertuntur; sed graditur vnusquisque ante faciem suam sciens non esse aptum regno cælorum, qui manum suam apponit ad aratrum & respicit retro. Aspectus eorum quasi carbonum ardentium & quasi lampadarum. Ardent enim charitate Christiana, lucent doctrina & exemplo, quod verorum Theologorum est, iuxta illud Saluatoris nostri de sanctißimo præcursore suo: Erat ille lucerna ardens & lucens.*

*Digni igitur modis omnibus Candidati nostri,*

*ſtri, qui ſuper candelabrum ponantur in domo Dei, digni qui gloriam & honorem accipiant à Collegio noſtro Theologico, digni qui in exemplum reliquis Theologiæ ſtudioſis proponantur. Præſtent igitur Catholicæ fidei profeſsionem, & quæ præterea præſtanda ſunt, tum ego honeſtiſsimæ & iuſtiſsimæ eorum petitioni ſine omni mora morem geram.* Dixi.

## ORATIO X.

# CVR LITES FIANT IMMORTALES, ET DE REMEDIIS, &c.

N*E multa dicam hodie*, Sereniſſime Archidux clarum Cæſarum Regumq; genus, Illuſtris & Magnifice Domine Rector, cæteriq; cuiuſcunque dignitatis & ordinis nobiliſſimi & ornatiſſimi auditores. *Ne multa dicam hodie, & temporis facit anguſtia, & frigoris vis atque aſperitas. Ne verò nihil prorſus dicam, nec conſuetudo pati videtur, nec conſuetudinis ratio atq; vtilitas. Quid agam igitur? Sic agã vt dicam quam breuiſsimè tale quippiam, quod cum ab omnibus meritò conſiderandum obſer-*

*uandumq́; sit, ad Iureconsultos tamen & Theologos potißimum pertineat: & auditu nulli molestum, multis verò etiam vt spero vtile sit futurum.*

*Audistis credo, auditores præstantißimi querelam illam grauißimam & communißimam sæpißimè, lites fieri immortales: & fere nec Iuris nec fidei dimicationes finem vllum habere. Huius rei caussas & remedia in præsenti oratiuncula quam paucißimis perstringam: & vel hinc ostendam, quam sit laudandus Candidatus noster: quam dignus titulo & authoritate Doctoratus: quam dignus deniq́; Panegyri & celebritate hac Academica.*

*Contentiones sunt acerrimæ, longißimæ, peneq́; interminabiles in foro & in choro, vt ita dicam, in iudiciis & Ecclesiis, de rebus his externis, de rebus illis æternis, de quæstionib. Iuris, de quæstionibus fidei ac religionis. Vtrobiq́; certatur tamdiu, vt prius non pauci viuere, quam litigare desinant: vt nonnulli patrimonium & fortunas suas omnes, prius in processus istos iudiciarios insumant, quam optatum istiusmodi processuum finem aspiciant: imò vt aliqui, quod miserrimum est, vna cum lucis huius vsura ipsum quoque æternum illud cælestis*

*lestis regni patrimonium prius amittant, quã ad veritatis cognitionem peruenire potuerint, nimio nimirum impediti altercandi studio. Verum enim & vetus verbum est:* Nimium altercando veritas amittitur.

*Caussæ verò harum tam prolixarum contentionum cùm poßint afferri complures; ego breuitatis necessaria caussa duas tantum, easq́; præcipuas attingam. Vna est siue eorum qui litigant, siue eius coram quo litigatur, inscitia & imperitia. Ex hoc enim fonte cum alia manare mala innumera, tum istam quoque peruersitatem longæuitatemque altercationum & concertationũ tum Iuridicarum, tum Theologicarum, & virorum doctißimorum autoritas & ratio, & ipsa quotidiana experientia clarißime attestantur.*

Absurdorum omniũ mater est ignorantia, *inquit diuinus Plato.* Litigiosa est Iuris ignoratio, *inquit M. Tullius. Porrò verum vero consonum est, falsum autem & cum vero & cum falso pugnat. Quid mirum igitur, si homines non satis eruditi, non satis periti tanquam in illuni nocte sine lumine errantes sæpè offendant, sæpè labantur: sæpe quouis potius quam quo debent, perueniant,*

*à se ipsis denique & ab alijs non raro turpiter & perniciose desciscant atque dissideant?*

*Pernederum forte aliqui legerunt, & non intellexerunt. Iurisprudentiam fortè etiam in celebri aliqua Academia publice audierunt, sed vel tarditate ingenij vel laboris fuga (multis enim vt Seneca scribit, publicæ scholæ magis ocij diuersoria quam studij & eruditionis officinæ sunt) aut nihil aut parum profecerunt. legem primam vel secundam nescio vnde citare sciunt, regulas quasdã Iuris memoriter tenent, generalia pro & contra (sic enim loquuntur) in promptu habent, & qui præ cæteris esse aliquid videri volunt, textuatistas se esse egregios gloriari solent.*

*Simili ferè modo sectariorum nostræ huius tempestatis comparati sunt Theologi. Institutiones Caluini si semel aut iterum perlegerint, locos communes Philippi aut corpus doctrinæ Christianæ si publicè audierint, mox pro Theologis se venditant, suæ ignorantiæ scientiæ titulum arrogant, aliorum scientiæ notam ignorantiæ irrogant, scripturas iactitant, percrepant non minus imò multo etiam magis quàm leges suas rabulæ illi forenses.*

*Verum cum leges scire nõ hoc sit, vt pulchre*

*Cel-*

Celsus in L. scire, ff. de LL. legum verba tenere, sed vim & potestatem earum: cum scriptura quoq; diuina non in legendo sed in intelligendo consistant, vt praeclarè D. Hieronymus alijq; veteres scripsere, qui fieri potest, vt dissensiones tollant, consensionem introducant, quorum tota docendi & dicendi ratio ex natura sua ad dissensionem potius quam ad consensionem tendat? Ad consensionem faceret, si probe scirent leguleí isti, quis verus esset legum suarum sensus, quae inter communes meliorum Doctorum sententias communior esset sententia, quae inter receptas magis recipienda. Iam cum ista ignorent (qui enim ignari isti scirent quod multi bene gnari vix sciunt) quomodo non per eos lites crescerent potius quam decrescerent, non fouerentur magis quam submonerentur?

Quod ipsum profecto multo rectius de nostrorum temporum sectarijs dixerimus. Dum enim isti scripturis solis, id est, suo de scripturis sensu nituntur, in ipsa secta sua ratione radices & caussam manifestam dissensionum litiumq; nunquam finiendarum defigunt atq; constituunt. Vnitatis quippe in fide vinculum soluunt, autoritatem certam, diuina prouidentia

*& aßiſtentia infallibilem in expoſitione fidei & ſcripturarum nullam agnoſcunt, neq; ſupremum Eccleſiæ Catholicæ caput, Romanum videlicet Pontificem, neq; concilia œcumenica, neq; vnanimem Patrum conſenſum. Scripturam ſolam proponunt omnibus vt facilem, quæ reuera multas ob cauſſas eſt difficilis. Quid hinc quæſo aliud præſertim apud homines imperitos & præſumptuoſos conſequi poſſet, quā vt aliud dicat alius, lis litem ſerat, & dum vnuſquiſq; vt cum Tertulliano loquar, pro ſuo arbitrio modulatur quod accepit, ſicut ille etiam pro arbitrio ſuo modulatus eſt qui tradidit, de vna ſecta fiant innumerabiles, & tantæ exoriantur altercationum moles.*

*Idem è contra litigioſa iudicia prudenter & eleganter Iuſtinianus in Codice de annali exceptione Italici contractus tollenda ſcripſit, quantum & enumerare difficile & explanare impoßibile ſit. Luculentum nobis præbet documentum eius rei quam dicimus, experientia ſæculi noſtri litigioſißimi, calamitoſißimi. Annotarunt enim non modo Catholici ſed etiam aduerſarij intra hoc non adeo longum ſeptuaginta annorum ſpatium ex illis duobus peſtiferis Lutheri & Zvvinglij truncis contrarias ſectas pluſquam ducentas erupiſſe.* Fa-

*Fatetur adipsum Iurisconsultus ille & historicus Gallorum haud incelebris Bodinus in methodo historiarum suarum:* Germani, *inquit*, si in suscepta religione permansissent, multo facilius alios in suam sententiam pertraxissent: sed paruo momento huc illuc distracti infinitam opinionum varietatem susceperunt.

*Vt breuißimus sim ad alteram modi huius de quo quærimus caussam accedo. Hanc puto siue in iudiciis forensibus siue in fidei disceptationibus sæpe meram esse malitiam, contumaciam meram. Vident proculdubio Causidici multi meliora probantq́. Vident & Sectarij: deteriora verò sequuntur. Quid ita? Quia non tàm ignorantia, quam proteruia & peruicacia eos detinet, orta vel ex ambitione & superbia, vel ex odio & inuidia, vel ex auaritia & immoderata habendi cupiditate, vel ex immodico voluptatum studio, & effrænata quadam animi libidine. Possem plura de singulis exempla proferre, quomodo quidam quanquam à veritate essent victi, veritatem tamen non sint secuti: sed affectus suos prauos, quiduis potius hisce prætexentes, quam telam illam suam siue rabulariam, siue hæreticam re-*

*texentes, sed ne longus sim ea sciens prætereo.*

*Quoties veritatem conatus est fateri Lutherus quoties etiam Caluinus, aliam fuisse sanctorum Patrum, generalium conciliorum, summorum Pontificum de rebus fidei doctrinam & definitionem, quam quæ prodita sit ab ipsis. Sed quid? Obsequium volebant (sic enim expresse Lutherus) iudicium nolebant. Sciebant enim se caussam suam de sensu scripturæ legitimo Iudici legitimoué iudicio nulli probare posse; nõ magis quã fures ac latrones possent si vellent de sensu legum, contra legitimos iudices, legitimaq; iudicia disputare. De scriptura enim non quæritur, sed de sensu scripturæ.*

*Illud vero egregium & perquam vsitatum est præsertim litigiosis & contumacibus ad protelandas lites subsidium, quod vel Iudicem inferiorem detrectant, & declinant penitus, vel ab huius iusta sententia prouocant ad superiorem aliquem. At longe hic quoque maior est sectariorum quam causidicorum impudentia peruicaciaque. Conuicti enim argumentis verissimis & efficacissimis, ad finiendas de sensu scripturæ lites alio quam ipsam scripturam iudice plane esse opus, ne cui iudici alteri in hoc mundo subijciantur, & ne lites finiantur, ad*

*Chri-*

*Christi aduentum appellare solent. Sic enim profectò Brentius.* Quo nos igitur in hoc tanto dissidio vertemus? quem tandem controuersiarum Iudicem agnoscemus? Breuissimis, *inquit*, respondebo, Christum agnoueris iudicem quem in symbolo Apostolorum didicimus venturum iudicem viuorum & mortuorum.

*Hoccine est litibus modum aliquem statuere, exitum aliquem quærere? Quid aliud optarint omnes parricidæ, sicarij, venefici, fures, latrones quam vt hoc modo liceret eis vel ab inferiore, vel à superiore Iudice appellare, quã vt exclusis istis iudicibus, qui semper soliti fuere iudicare, dehinc solus expectaretur iudex venturus è cælo, vt ipsis interim liceret in corpora & fortunas aliorum grassari.*

*Sed quænam contra caussas contentionum tam prolixarum, contra ignorantiam inquam contumaciamque remedia opportuna efficaciaque? Multa sine dubio prudentibus & veritatis concordiæque amantibus suppetunt. Opponatur ignorantiæ scientia. regnet non simulata sed vera solida Iurisprudentia in iudiciis. Theologia non compendiaria, rabularia, sophistica, sed vera & solida in Ecclesiis. Iurispru-*

 *dentia*

*dentia inquam talis, qualis & hic & in aliis antiquissimis & laudatissimis Catholicorum Gymnasiis docetur: qualem ii, quos Doctores scholæ vocant, iam pridem docuerunt, ac etiamnum docent: quæ videlicet consistit in methodo, in ordine & distinctione quæstionum atque argumentorum, in recta disserendi forma, in perspicaci quadam & exacta cognitione rerum ipsarū, de quib. fides vel negat vel affirmat: nec nō in explicatione eorū quæ aut ex iisdē fidei reb. bene perspectis consequuntur, aut minimè cōsequūtur aut etiā repugnant: quæ deniq; accommodatissima sit ad res fidei melius intelligēdas, persuadendas, defendendas, cui deniq; ad asserendam veritatem, ad refellendos errores hi loci communes in vsu perpetuo sint, autoritas scripturæ sacræ & traditionum sacrarum, autoritas summorū Ecclesiæ Pastorum; autoritas conciliorum œcumenicorū: autoritas vnanimis Doctorum Ecclesiasticorum, communis fidelium consensus, ratio & veritas naturalis, aliaq; id genus.*

*Hac enim stante Iurisprudentia, hac stante Theologia, mihi credite nec tam multæ nec tam longæ erunt rixæ & contentiones vel in foro ciuili vel in Ecclesiastico, facesset falsitas,*

*elu-*

*elucescet veritas, & cum verum vero consonum sit, vt supra quoque dictum est, semperque inter se consentiant qui sciunt aliquid, quatenus quidem id sciunt, vt scite Plato ait, euanescet multo maxima pars litium & conflictuum istorum & processuum pene perpetuorum.*

*Quod si sublata ignorantia restet contumacia, debitis hæc pœnis coërceatur executioni mandentur quæ ab Imperatore Iustiniano in temere litigantes statuta sunt, quæ à Marciano & aliis Imperatoribus (vt iam de summis Pontificibus nihil dicam) contra eos decreta sunt, qui semel iudicata & recte disposita in sacris synodis, recte inquam, non sectariorum sed synodorum ipsarum iudicio disposita, disputando reuoluere audent. Duabus enim his rebus cum Reipub. tranquillitas & felicitas constet, pœna & præmio, pœna vtique digni erunt: qui contra veritatem & iustitiam lites fouent; præmio vero & honoribus ornandi, qui in hoc præ cæteris elaborant, lites ne oriantur, aut si ortæ sunt, ne longius quam par est progrediantur, & adeo vt Imperator loquitur in L. properandum, C. de iudiciis, ne fiant pene immortales, & modum vitæ hominum excedant.*

*Qua in re cum insigne laudis exemplum no-*

*nobis Candidatus noster præbeat, ne ille nobis merito commendandus, meritoque honorandus est. Iurisprudentiam enim illam quæ rabularum forensium est, iam pridem ille detestatus, veram & solidam Iurisprudentiam tam ardenti & indefesso studio prosecutus est, vt profectum suum non modo priuato nuper Præceptorum suorum sed aliquanto ante publico veluti omniū examini in ea disputatione q̃ de fructibus in hac amplissima exedra ipsa habuit, subijcere nō dubitauerit, eaq; tunc eruditionis suæ legalis specimina ediderit, ob quæ nemo non eum eo quem hodie petit, Doctoris titulo iam tum dignissimum iudicauerit. Eodem modo & illam compendiariam & sine fundamento Theologiam sectariorū propriam, quamquā diu putarit esse aliquid, tandem tamen diuina fauente & iuuante gratia ita deprahendit cum illa conuenire rabularum forensium Iurisprudentia, vt multo etiam esse ineptiorem, reique publicæ perniciosiorem animaduerterit. Vidit enim ad nihil eam valere, quam ad rixas ciendas, ad dissensiones propagandas: vidit ignorationem eius. vidit contumaciam eius. Noluit ipse esse ignorans, sciens illud Christi & Apostoli sui:* ignorans ignorabitur; *noluit esse con-*

*contumax, ponderans illud celeberrimi Theologi, Oratoris & Poëtæ, D. Prosperi Aquitanici:*

Sanctorum decreta patrum, regumq; piorum,
Scriptas lege DEI leges contemnere, multum
Hostile est, nimiumque audax & perniciosum.

*Ergo Catholicis se adiunxit, finem litibus suis contra veritatem fecit, finē litibus huiusmodi alios etiam permultos facere exoptat, & vero vt faciant, faciet, vt spero per eum tametsi in politico vitæ statu viuat, benignißimus Dominus Deus, in cuius nomine iam iam ipsi quam expetit honoris prærogatiuam lubentißime tribuam, si modo prius quæ iuranda sunt, iurauerit.*

DIXI.



ORA-

# ORATIO XI.

# DE VANITATE ETHNICORVM CERTAMINVM, VERA AVTEM VICTORIÆ LAVS VNde, à quibus acquiratur.



ORONARVM *dies est*, magnifice Rector, dignitate, nobilitate, doctrina, virtute præstantissimi auditores, *Coronarum inquam dies est, Victoriarum solennitas est. Vicere Candidati nostri fortiter, feliciter, coronandi proinde merito magna sua cum laude magna sua cum gloria. Et vbi vero vicere? Num forte in sacris illis Græcorum certaminib. vel Olympiacis, vel Istmicis vel Nemæis vel Delphicis: vt vel lauro ex Delphicis vel ex Nemæis apio, vel pinu ex Isthmicis, vel oleastro ex Olympiacis ornandi insigniendique veniant. Minime gentium. Nimis leuia, nimis ludicra sunt hæc certamina. nimis leuia quoque nimisque ludicra hæc brauia & præmia. In laudatissimis Germaniæ Academiis, in hoc præsertim nobilissimo & celeberrimo Ingolstadiensi gymnasio, in hoc nostro virtutis & doctrinæ theatro amplissimo ita se exercuerunt*

*Can-*

*Candidati nostri ita spectati probatique sunt, vt eos aduersus illos bonorum ingeniorum antagonistas vehemētissimos, validissimos, laborem & voluptatem agonem decertasse praclarissimum: vt eos industria, modestia legalisque studij cursum pulcherrimum tenuisse constantissime, tum eam quam licentiam, tum eam quam Docturam in scholis nuncupant, vnanimis agonothetarū consensus non ita pridem in bonis nouis vulgo dictis aperte declarauerit, denunciauerit.*

*Auctus fuit aliquando honor athletarum illorum, qui in istis qua diximus Gracorum vicissent certaminibus, non solum enim coronam in capite sed & palmam in manibus gestabant in ciuitates suas tanquam triumphatores inuictissimi & gloriosissimi, quadrigis inuehebantur, & ex repub. illa perpetuis vectigalibus perfruebātur, vt mirum non sit si Alexander ille Seuerus, quantumuis seuerus in gratiam tamen suorum temporum tantum quoque ipsis indulserit, quemadmodum videre est in L. de athletis C. de athletis, vt si per omnem atatem certasse, coronis quoq; nō minus tribus certaminis sacri merito coronati fuisse probarentur, ciuilium munerum vacationem obtinerent.*

Quan-

*Quanto autem maior debet esse honor eorum, qui non corpus sed animum, non viliorem sed meliorem hominis partem omni studio & diligentia excolunt, qui virtutem inclytam, & vtilissimarum maximarumque rerum scientiam tota mentis contentione ambiunt, qui in eo certaminis genere indefessi versantur, vbi sapientiores & meliores efficiuntur homines, vbi non tam corpus quam animus conformatur & confirmatur, vbi publicæ priuatæque vtilitati ac felicitati optime maximeque consulitur.*

*Date mihi hoc auditores, vt liceat mihi in hac oratiuncula quam breuissime ostendere quam inepta quam vana & inutilia fuerint vetera illa, de quibus initio dixi certamina ethnicorum, è diuerso quam apta sint homini præsertim Christiano, præsertim studioso quam fructuosa & gloriosa certamina nostra, ex quibus hodie victoria laudem consequuntur Candidati nostri, ex quibus studiosæ iuuentuti præcipuum decus quærendum, spectandum atque sperandum est. Explicabo vero rem omnem quam paucissimis ex Diogene illo Synopeo apud Dionem Prusæum non ignobilem Græcum Oratorem & Philosophum, & ex D. Paulo electo*

*illo*

*illo Dei organo, quemadmodum interpretati sunt sancti Patres præsertim aurea illa Græciæ Luscinia D. Ioannes Chrysostomus, aliiq; nonnulli ipsius interpretes. Ad breuissimi temporis spacium auditores patientes coram adesse, aures vt spero non pœnitebit vos.*

*Isthmia aliquando Corinthij celebrabant. Diogenes igitur apud Corinthios in Cranio excubans in Isthmum & ipse descendit, vbi sciebat ingentem hominum multitudinem confluxuram. Virum enim prudentem, aiebat, debere bonum imitari Medicum: quippe vt hic eo se conferre solet vbi multi male valerent: ita illum eo maxime debere peregrinari vbi multi sint insipientes ad redarguendam videlicet & sanandam insipientiam eorum. Sui proinde similis, & non tam verbis quam ipsis etiam factis philosophans mox vt vidit istam hominũ turbam ruentem ad spectandos eos qui pro corona pinea certabant, pinea corona seipsum coronauit. Mirari omnes & ridere Diogenem, Corinthij verò ministros suos miserunt, qui iuberent eum coronam deponere, neq; quicquam in tanto conuentu illegitimum facere. Quare rebic ille cœpit quamobrem illegitimum esset se pinu coronari, alios ea coronari illegitimum*

*non esset; statim quidam ex his:* Quia tu nō vicisti ô Diogenes.

Ego verò, *inquit Diogenes,* grauissimos difficillimeq; expugnabiles antagonistas vici, non quales sunt vestri isti qui iam hic luctantur, qui pugnis certant, discum iaciunt, cursu contendunt, sed longè sæuiores. Quosnam obsecro? *inquit alter.* Labores, *respondet Diogenes,* & voluptates, labores inuictos à vecordibus ac socordibus interdiu comessantibus, noctu stertentibus vel Cyclopū more debacchantibus; victos verò ab hominibus generosis & veræ felicitatis verè studiosis. Vir enim generosus, *inquit,* labores putat esse maximos suos antagonistas, semperque amat cum his pugnare tam noctu quam interdiu nec tum demum cum Corinthij aut alij edixerint, sed vltro prouocabit alios: Quicquid virtutis, quicquid sapientiæ caussa perferendum est, libenter perferet: Ludet cum laboribus istis non secus, quam pueri talis solent aut variegatis globulis.

Apparent quidem huiusmodi Antagonistæ graues & intolerabiles ignauis omni-

omnibus. Sed si quis eos contempserit, audacterq́; accesserit tandemq́; eis assuetus fuerit, videlicet eos valde timidos & inualidos ad vincendum fortes viros, imò blandientes tandem experietur & facillimos, ita prorsus vt se res habet cum canibus. Illi enim initio quidem valde latrant, fugientes insequuntur mordentque, resistentes aut inuadentes, & pugnãtes timent, atq; recedunt, & deniq; vbi aliqua cum eis contracta fuerit notitia, etiam abblandiuntur, sic de laboribus, sic de hominibus.

Pariter qui in bello aut in palęstra pugnant, si quidem præoccupant aduersarium, non cessant eum pugnis & ictibus vrgere, sæpe etiam deiiciunt, si verò ipsi fugiant grauissimas plagas ab aduersario accipiunt. Ita si quis labores excipiat cõtemnens, illisq́; alacriter appropinquet, nihil aduersus eum possunt, si desistat & secedat longè grauiores vehemẽtioresq́; videbuntur.

Grauior autem & periculosior pugna contra voluptatem est, quæ non palam vim facit sed decipit & veluti incantat,

vti apud Homerum illa improba Cyrce
Incautos cauti socios mutauit Vlyssis,
alios quidem in sues, alios in lupos, alios in bestias alias. Talis nimirum res est voluptas, non modo vno sed omnibus modis insidiatur, per visum, per auditum, per olfactum, per gustum, per tactũ, per cibum potumque, in somno, in vigilia. Quosq; vicit instar Cyrces virga sua cædens in haram vitiorum omnium impellit, facitq; vt brutorum magis quam hominum vitam viuant. Vt verò laboribus occurrere & congredi oportet si eos vincere velis, nequaquam terga vertere, sic contra voluptas fugienda est quam ocyssimè, quam longissimè, nullumque cum ea commercium pręterquam in necessariis habendum. Non enim fieri potest vt quis cum ea multum versetur & non vincatur.

Tales igitur mihi cum sint antagonistæ, *inquit Diogenes*, multo valentiores quam isti in arena vel in stadio vestro, tale mihi cum sit certamen pulcherrimũ, vtilissimũ, an nõ videor vobis multò maiori honore dignus quam athletæ
hi

hi veſtri, an non ridendi potius Corinthij veſtri, quod non attendunt nec ſpectant me, quã ridendus ego, quod mancipia illa currentia, luctantia, tripudiantia contemnam? Hoc ergo renunciate his qui miſerunt vos, tantum abeſſe, vt ego illegitimum aliquid fecerim, vt potius gloriòſiora Iſthmia veſtra fecerim.

*Hæc vix effatus, ecce quendam ex ſtadio cum maxima multitudine non pedibus incedentem, ſed ſublimem humeris aliorum ſedentem, & quoſdam quidem gratulabundis vocibus acclamantes, alios præ gaudio ſalutantes, manibuſque in cælum attollentes, alios coronas illi inijcientes conſpicit, exilit,* quid hoc rei eſt? *interrogat,* Quid hic ô bone vir tumultus circa te indicat? *At ille:* Vicimus ô Diogenes, virorum ſtadium. Et hoc, *inquit Diogenes,* quidnam eſt? an ideo tu prudentior, quia præuertiſti currentes in ſtadio, an melior, an minus iam doles, an paucioribus indigebis poſthac, an honeſtior nunc & beatior? Non per Iouem, *inquit ille,* ſed aliorum Græcorum omnium ſum velociſſimus. At non leporum, *inquit Diogenes,* nec

Ceruorum. Nescis quod velocitas timiditatis potius signum est quam fortitudinis, ideoq; & Hercules ipse cum multis esset tardior, arcum ferre solebat, eoque vti contra fugientes.

*Sic Diogenes; & poterat quidem ex his satis superq; intelligi vanitas & leuitas istorum certaminum. Sed pergit Diogenes: contuitus duos equos colligatos inuicem, pugnantes & recalcitrantes inter se, multamq; turbam huc accurrentem atq; spectantem, cum alter equus impatiens malorum abruptis loris aufugisset, accedit Diogenes & coronat eum qui remanserat, praconioq; clara vocis declarat, vt Isthmiorum victorem. Quia & ipse calcitrans vicisset, quemadmodum in Isthmiis pugnis & calcibus vinceretur. Magnus risus omnium exortus est, & quidam ex ipsis quoq; athletis præ pudore sese proripuere, nec reuersi sunt postea. Hac ratione non parum commodabat Diogenes, ob rem qua ad rem nihil faceret, elatos sibiq; placentes breuibus corripiens & aliquid eis dementia adimens, sicut qui inflata & tumentia pungunt atq; aperiunt, malum hoc modo detrahunt.*

*Sed inquiet iam fortè aliquis, si tam vilis, tam*

*tam inepta fuit ista veterum certaminum ratio, cur D. Paulus eorum nos exemplo exhortari & excitare voluit? Cur ait ad Timotheum*: Nam & qui in agone certat, non coronatur nisi legitimè certauerit; *Cur ad Corinthios*: Et qui in agone certat, ab omnibus abstinet. *Et cur sancti Patres tum ad verba Diui* PAVLI, *tum ad rem ipsam respicientes hoc veluti prouerbium vsurpabant*: Lex Christianorum, lex athletarum.

*Secundam orationis partem, auditores humanissimi, aggredior, opinione vestra finiturus citius, vos paululum quaeso patientiae vestrae addatis. Nimirum non ideo illud factum ab Apostolo alijsque diuinis viris, quod rem magnam esse putarent Agonisticam vel Athleticam illam: Sed primò vt ostenderent si illi qui in agone mundano decertabant, tam promptè tamque alacriter pro corona corruptibili decertabant, multò animosius nobis certandum esse certamen nostrum spirituale, cum nobis non corruptibilis sed incorrupta, sed aeterna, sed seclis virens florensque immortalibus promissa constitutaque sit corona. Deinde si istis non contingebat haec ipsa quantumuis*

Ceruorum. Nescis quod velocitas timiditatis potius signum est quam fortitudinis, ideoq; & Hercules ipse cum multis esset tardior, arcum ferre solebat, eoque vti contra fugientes.

*Sic Diogenes; & poterat quidem ex his satis superq; intelligi vanitas & leuitas istorum certaminum. Sed pergit Diogenes: contuitus duos equos colligatos inuicem, pugnantes & recalcitrantes inter se, multamq; turbam huc accurrentem atq; spectantem, cum alter equus impatiens malorum abruptis loris aufugisset, accedit Diogenes & coronat eum qui remanserat, praconioq; clara vocis declarat, vt Isthmiorum victorem. Quia & ipse calcitrans vicisset, quemadmodum in Isthmiis pugnis & calcibus vinceretur. Magnus risus omnium exortus est, & quidam ex ipsis quoq; athletis pra pudore sese proripuere, nec reuersi sunt postea. Hac ratione non parum commodabat Diogenes, ob rem qua ad rem nihil faceret, elatos sibiq; placentes breuibus corripiens & aliquid eis dementia adimens, sicut qui inflata & tumentia pungunt atq; aperiunt, malum hoc modo detrahunt.*

*Sed inquiet iam fortè aliquis, si tam vilis, tam*

*tam inepta fuit ista veterum certaminum ratio, cur D. Paulus eorum nos exemplo exhortari & excitare voluit? Cur ait ad Timotheum:* Nam & qui in agone certat, non coronatur nisi legitimè certauerit; *Cur ad Corinthios:* Et qui in agone certat, ab omnibus abstinet. *Et cur sancti Patres tum ad verba Diui* PAVLI, *tum ad rem ipsam respicientes hoc veluti prouerbium vsurpabant:* Lex Christianorum, lex athletarum.

*Secundam orationis partem, auditores humanissimi, aggredior, opinione vestra finiturus citius, vos paululum quæso patientiæ vestræ addatis. Nimirum non ideo illud factum ab Apostolo alijsque diuinis viris, quod rem magnam esse putarent Agonisticam vel Athleticam illam: Sed primò vt ostenderent si illi qui in agone mundano decertabant, tam promptè tamque alacriter pro corona corruptibili decertabant, multò animosius nobis certandum esse certamen nostrum spirituale, cum nobis non corruptibilis sed incorrupta, sed æterna, sed seclis virens florensque immortalibus promissa constitutaq; sit corona. Deinde si istis non contingebat hæc ipsa quantumuis*

Ceruorum. Nescis quod velocitas timiditatis potius signum est quam fortitudinis, ideoq; & Hercules ipse cum multis esset tardior, arcum ferre solebat, eoque vti contra fugientes.

*Sic Diogenes; & poterat quidem ex his satis superq́ intelligi vanitas & leuitas istorum certaminum. Sed pergit Diogenes: contuitus duos equos colligatos inuicem, pugnantes & recalcitrantes inter se, multamq́ turbam huc accurrentem atq́ spectantem, cum alter equus impatiens malorum abruptis loris aufugisset, accedit Diogenes & coronat eum qui remanserat, praconioq́ clara vocis declarat, vt Isthmiorum victorem. Quia & ipse calcitrans vicisset, quemadmodum in Isthmiis pugnis & calcibus vinceretur. Magnus risus omnium exortus est, & quidam ex ipsis quoq́ athletis prae pudore sese proripuere, nec reuersi sunt postea. Hac ratione non parum commodabat Diogenes, ob rem quae ad rem nihil faceret, elatos sibiq́ placentes breuibus corripiens & aliquid eis dementiae adimens, sicut qui inflata & tumentia pungunt atq́ aperiunt, malum hoc modo detrahunt.*

*Sed inquiet iam fortè aliquis, si tam vilis, tam*

*tam inepta fuit ista veterum certaminum ratio, cur D. Paulus eorum nos exemplo exhortari & excitare voluit? Cur ait ad Timotheum:* Nam & qui in agone certat, non coronatur nisi legitimè certauerit; *Cur ad Corinthios:* Et qui in agone certat, ab omnibus abstinet. *Et cur sancti Patres tum ad verba Diui* PAVLI, *tum ad rem ipsam respicientes hoc veluti prouerbium vsurpabant:* Lex Christianorum, lex athletarum.

*Secundam orationis partem, auditores humanissimi, aggredior, opinione vestra finiturus citius, vos paululum quæso patientiæ vestræ addatis. Nimirum non ideo illud factum ab Apostolo aliisque diuinis viris, quod rem magnam esse putarent Agonisticam vel Athleticam illam: Sed primò vt ostenderent si illi qui in agone mundano decertabant, tam promptè tamque alacriter pro corona corruptibili decertabant, multò animosius nobis certandum esse certamen nostrum spirituale, cum nobis non corruptibilis sed incorrupta, sed æterna, sed seclis virens florensque immortalibus promissa constitutaq; sit corona. Deinde si istis non contingebat hæc ipsa quantumuis*

Ceruorum. Nescis quod velocitas timiditatis potius signum est quam fortitudinis, ideoq; & Hercules ipse cum multis esset tardior, arcum ferre solebat, eoque vti contra fugientes.

*Sic Diogenes; & poterat quidem ex his satis superq́ intelligi vanitas & leuitas istorum certaminum. Sed pergit Diogenes: contuitus duos equos colligatos inuicem, pugnantes & recalcitrantes inter se, multamq́ turbam huc accurrentem atq́ spectantem, cum alter equus impatiens malorum abruptis loris aufugisset, accedit Diogenes & coronat eum qui remanserat, praconioq́ clara vocis declarat, vt Isthmiorum victorem. Quia & ipse calcitrans vicisset, quemadmodum in Isthmiis pugnis & calcibus vinceretur. Magnus risus omnium exortus est, & quidam ex ipsis quoq́ athletis pra pudore sese proripuere, nec reuersi sunt postea. Hac ratione non parum commodabat Diogenes, ob rem qua ad rem nihil faceret, elatos sibiq́ placentes breuibus corripiens & aliquid eis dementia adimens, sicut qui inflata & tumentia pungunt atq́ aperiunt, malum hoc modo detrahunt.*

*Sed inquiet iam fortè aliquis, si tam vilis,*

*tam*

*tam inepta fuit ista veterum certaminum ratio, cur D. Paulus eorum nos exemplo exhortari & excitare voluit? Cur ait ad Timotheum:* Nam & qui in agone certat, non coronatur nisi legitimè certauerit; *Cur ad Corinthios:* Et qui in agone certat, ab omnibus abstinet. *Et cur sancti Patres tum ad verba Diui* PAVLI, *tum ad rem ipsam respicientes hoc veluti prouerbium vsurpabant:* Lex Christianorum, lex athletarum.

*Secundam orationis partem, auditores humanissimi, aggredior, opinione vestra finiturus citius, vos paululum quaeso patientia vestra addatis. Nimirum non ideo illud factum ab Apostolo aliisque diuinis viris, quod rem magnam esse putarent Agonisticam vel Athleticam illam: Sed primò vt ostenderent si illi qui in agone mundano decertabant, tam promptè tamque alacriter pro corona corruptibili decertabant, multò animosius nobis certandum esse certamen nostrum spirituale, cum nobis non corruptibilis sed incorrupta, sed aeterna, sed seclis virens florensque immortalibus promissa constitutaque sit corona. Deinde si istis non contingebat haec ipsa quantumuis*

Ceruorum. Nescis quod velocitas timiditatis potius signum est quam fortitudinis, ideoq; & Hercules ipse cum multis esset tardior, arcum ferre solebat, eoque vti contra fugientes.

*Sic Diogenes; & poterat quidem ex his satis superq. intelligi vanitas & leuitas istorum certaminum. Sed pergit Diogenes: contuitus duos equos colligatos inuicem, pugnantes & recalcitrantes inter se, multamq. turbam huc accurrentem atq. spectantem, cum alter equus impatiens malorum abruptis loris aufugisset, accedit Diogenes & coronat eum qui remanserat, praconioq. clara vocis declarat, vt Isthmiorum victorem. Quia & ipse calcitrans vicisset, quemadmodum in Isthmiis pugnis & calcibus vinceretur. Magnus risus omnium exortus est, & quidam ex ipsis quoq. athletis pra pudore sese proripuere, nec reuersi sunt postea. Hac ratione non parum commodabat Diogenes, ob rem qua ad rem nihil faceret, elatos sibiq. placentes breuibus corripiens & aliquid eis dementia adimens, sicut qui inflata & tumentia pungunt atq. aperiunt, malum hoc modo detrahunt.*

*Sed inquiet iam fortè aliquis, si tam vilis, tam*

*tam inepta fuit ista veterum certaminum ratio, cur D. Paulus eorum nos exemplo exhortari & excitare voluit? Cur ait ad Timotheum* : Nam & qui in agone certat, non coronatur nisi legitimè certauerit; *Cur ad Corinthios* : Et qui in agone certat, ab omnibus abstinet. *Et cur sancti Patres tum ad verba Diui* PAVLI, *tum ad rem ipsam respicientes hoc veluti prouerbium vsurpabant* : Lex Christianorum, lex athletarum.

*Secundam orationis partem, auditores humanissimi, aggredior, opinione vestra finiturus citius, vos paululum quæso patientia vestra addatis. Nimirum non ideo illud factum ab Apostolo alijsque diuinis viris, quod rem magnam esse putarent Agonisticam vel Athleticam illam: Sed primò vt ostenderent si illi qui in agone mundano decertabant, tam promptè tamque alacriter pro corona corruptibili decertabant, multò animosius nobis certandum esse certamen nostrum spirituale, cum nobis non corruptibilis sed incorrupta, sed æterna, sed seclis virens florensque immortalibus promissa constitutaque sit corona. Deinde si istis non contingebat hæc ipsa quantumuis*

*vilis & corruptibilis corona nisi magnis cum laboribus, sudoribus, contentionibus, frustra nos per solam fidem, qui error communis & grauis est nouatorum nostrorum, sperare regnum cælorum. Postremo, ne longius sim, vt admoniti isto certaminum secularium exemplo, quidnam in iis esset imitandum videremus, ne diligentius ab ethnicis res tam leuis quam à Christianis res tam grauis instituta habitaque fuisse videatur.*

*Et inprimis quidem qui in certaminibus illis excellere cupiebant ac vincere, mox sub initium pubertatis sese aliis instituendos & exercendos tradebant. Nam vt Vegetius lib. 1. de re militari vere & eleganter scribit:* Non tantum celerius sed etiam perfectius imbibuntur, quæ à pueris discuntur. *Deinde alacritatis istius saltus cursusque ante tentandus est quam corpus ætate pigrescat. Sic sane à teneris virtuti & sapientiæ strenuam nauare operam ei qui strenuus aduersus ignorantiam & malitiam inuictusque vult esse athleta valde necessum est. Tot enim modis, tot blanditiis, tot fraudibus agunt, caro, mundus, diabolus, quo nos vel per ignorantiam vel per improbitatem debellent, deijciant, vix vti sine multa re-*

*rerum cognitione, sine longo vsu & exercitatione, sine pia consuetudine videre omnes multo minus vitare omnes possimus.*

*Tunc durabantur huiusmodi adolescentes ad pugnas æstu, frigore, labore vario. Qui egregius in vita humana præsertim Christiana vult esse athleta, an non & ipse patiens debet esse laborum, neque in secundis neque in aduersis, neque stans neque currens à recto stadij cursu deflectere?*

*Sed nec omnibus cibis pro arbitrio & libitu suo vescendi facultatem habebant athletæ, iis cibis oportebat esse contentos quos huiusmodi certaminum disciplina statuebat, ab ebrietate, à crapula, à libidine ita erant alieni; vt ne qua noxia voluptatis imago corpus pollueret, & etiam laminis plumbeis renum loca contegerent.*

*Quod si tanta agonis mundialis obseruatio fuit, tanta abstinentia & continentia, quis non videt quantus sit error nouatorum nostrorum, qui in agone philosophico, in agone Christiano omnia volunt esse licita, libertatem Euangelij vertentes in libertatem carnis, pulcherrima illa præcepta ἀνέχου καὶ ἀπέχου* sustine & abstine, *minus quodammodo curantes*

*quam viles illæ animæ athletæ ethnicorum.*

*Iam auctoratio huiusmodi athletarum, antequam in certamen descenderent, qualis nam erat? Omnia se passuros ausuros iurabant, quæ in eorum disciplina ius, mos esset. Iuramenti formulam quandam in Petronij Arbitri fragmentis legimus.* In verba Eumolpi, *inquiunt ibi gladiatores*, iurauimus, vri, vinciri, ferroque necari & quicquid aliud Eumolpus iussisset, tanquam legitimi gladiatores Domino nostro corpora animosque religiosissime addicimus.

*An non veri Athletæ Christi in Baptismo quoque solemnem de certamine suo sponsionem faciunt? cuius vtinam viuacior esset in nobis memoria, vinceremur haud paulo rarius, vinceremus haud paulo sæpius. Sathanæ & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius renunciamus in auctoratione baptismi, & veræ fidei professione in veri Dei dominium potestatemque nos totos tradimus & commendamus. Sic lex athletarum mundi quid ni etiam aliquousque lex dici possit athletarum Christi?*

*Postremo nudi & vncti in certamen descendebant athletæ, nudi vt ab aduersario apprahendi tam facile non possent; vncti, vt ap-*

*præ-*

*prehensi, facilius elabi possent, ideoque alter alteri puluerem aspergere conabatur, vt olei leuorem pulueris iniectu exasperarent, & ita facilius apprehenderent fortiusque tenerent. Transferre & hunc morem agonis mundani possumus ad agonem nostrum Phil sophicum & Spiritualem.*

*Nudi & nos esse debemus, si feliciter cum aduersariis nostris certare volumus, immunes esse debemus ab improbitate, & primæuam illam primi hominis æmulari iustitiam, qui, vt pulchre S. Nilus in asceticis scribit, præclarum nuditatis munus sibi à Deo concessum tam diu retinuit, donec per peccatum in vestimentorũ necessitatem incidit.*

*Vncti quoque esse debemus gratia diuina, cuius symbolum vnctio est vt quidem non modo in baptismo sed & multo magis in confirmatione huius vnctionis ritus reperitur, requiritur. Per hanc enim spiritualem vnctionem peculiare robur & augmentum eius virtutis accipimus qua contra hostes nostros carnem, mũdum & diabolum paratius ac fortius pugnemus.*

*Puluerem quoque superuacanearum vel etiam noxiarum curarum, quæ à virtutis & sa-*

*pientiæ studiis abstrahunt, quæ Christianam mentis tranquillitatem turbant & veluti exasperant, quo ad eius fieri potest cauere nos oportet.*

*Sic leges externi certaminis pulchre in nostro interno certamine seruauerimus, sic D. Pauli doctrinam & exemplum non male secuti & assecuti fuerimus, siue eum in cursu contendentem siue in palestra luctantem, siue in agone pugillari dimicantem spectemus, vt hoc triplex eius certamē spirituale D. Chrysostom. D. Basilius D. Ambrosius & alij latius explicant. Sic etiam in grauiore concertatione contra aspectabiles & inaspectabiles salutis nostræ hostes stare poterimus succincti lumbos nostros in veritate, armati lorica iustitiæ, scuto fidei, gladio veritatis, virtute Spiritus sancti, vt sensum potius quam singula D. Pauli refert D. Paulinus epistolarum lib. 5. Epist. 6.*

*Sane enim vt scite argumentatur S. Basilius in homilia de laudibus ieiunij, si ad obtinendam corporalem victoriam non male instructi sunt, quibus galea ex ferro est, scutum ex ligno ac tergore bubulo, thorax ex ansulis ferreis, gladius ex calybe, cur non & nos speremus nobis victoriam spiritualem quibus galea est spes sa-*

*salutifera, quorum scutum fides orthodoxa, quorum thorax iustitia virtus omnem virtutem continens, quorum deniq; gladius est verbum Dei ipseque Spiritus.*

*Athletæ igitur sumus auditores, in stadio virtutis & doctrinæ currimus; imo vt D. Ambrosius in libro de Helia & ieiunio pulchre loquitur ad agonem spiritualem nomina nostra Christo omnes dedimus, ad coronæ competitionem omnes subscripsimus. Nunquid Athleta ocio torpet, cum semel nomen suum professus est? grauis est labor sed dulcis est victoria; spectat & expectat nos qui pugnantibus robur dat, qui consilium & auxilium dat; qui meritum & præmium dat.*

*Audite quæso Tertulliani verba, non solum Theologi sed & Iureconsulti antiquissimi & clarissimi;* sudore constant præclara omnia. **Ne corpora ne animi vestri expauescant.** Quodcunque durum est, ad virtutem animi & corporis deputate. Bonum agonem subitis, in quo agnothetes, qui certamen instruit, Deus est, in quo Epistates, qui athletas vngit & ad scamma seu locum certaminis producit Christus est, in quo Xystarches, q. ipsi certaminis lo-

loco præest, Spiritus sanctus est, in quo corona seu præmium certaminis ęternitatis brauium est, angelicæ substantię politia in Cælis, gloria in sæcula sæculorum.

*Euge ergo euge ô lecta trias Candidatorum nostrorum, lætare, exulta, triumpha quando ad hæc athletica respiciens tam alacriter tam fortiter tam constanter cucurristi hactenus in stadio studioque virtutis atque eruditionis, quando superasti labores plurimos, fugisti voluptates noxias, studia & mores accõmodasti tuos ad meliores athletarum leges ab Apostolo & Apostoli imitatoribus ad imitandum omnibus propositas, percipias iam fructum laboris tui, insignia debitæ laudis, ornamenta publici honoris, ipsam quæ hic dari potest iustitiæ coronam: iura quæ iuranda sunt, & dabo ego statim quæ danda sunt, quæ iure optimo fuere petita.*

Dixi.



ORATIO

## ORATIO XII.

# PRÆCLARÆ INDOLIS LAVDATIO.

PISONEM *illum*, eximie Domine Piso, *Augusti & Tiberij in consulatu collegam, cum Galba imperator, vt refert Tacitus autor minime tacendus, adoptare vellet, manu prehensum, ita fertur allocutus:* Me Deorum hominumque consensu ad Imperium vocatum, præclara tua indoles, & amor patriæ impulere, vt tibi principatum offerrem. *Præclara sane hæc Pisonis illius laus præclara commendatio. Quid enim præstanti indole præstantius, quid charitate patriæ charius, preciosius? Sic ego quoque, doctissime Domine Piso hodie te non quidem ad imperium sed ad eius tamen authoritatem ordinis, qui in Imperio semper magnus fuit adiuncturus & in eius possessionem laudis, quam egregie promeritus es, introducturus; quo alio præconio breuiore, aptiore, ampliore, quam isto potero vti? Me graui & maturo præceptorum tuorum consilio, & honestissimo de tuis moribus & studiis iudicio huc progressum loci, tua præclara indoles & amor patriæ impulere, vt,* quod

*quod paulo ante abs me petisti, honestamentum nominis, insigne potestatis, studiorum tuorum testimonium, laborum tuorum præmium omnino tibi conferendum putarem.*


*An non enim auditores, præclara est indoles illa, quæ ex optimis clarissimisque parentibus propagata, optimis clarissimisque virtutis & doctrinæ studiis semper fuit dedita, quæ à suis minime degenerans, fama & splendore suorum semper se dignam præbuit, quæ patris, vt de aliis propinquis iam nihil dicam, quæ fratris exemplo, quorum ille nuper, hic etiam nũc Serenissimi Lotharingiæ Principis Consiliarium & Archiatrum agit, eò curas & cogitationes suas omnes iam pridem retulit, vt obesset nemini, prodesset autem qua publice qua priuatim quamplurimis. An non egregia est indoles illa, quæ vt idem ille Galba de eodem illo Pisone inter cætera quoque prolocutus est, adolescentiæ cupiditates effugit, vitamque eam egit, quæ excusanda non sit?*

*An non laudanda est indoles illa quæ neq; in Gallia neq; in Germania, siue cuiusquam illecebras voluptatis, siue cuiusquam difficultatem laboris sese passa est remorari, quo minus pleno cursu ad veram & solidam veræ & solidæ Iuris-*

*risprudentiæ laudem contenderet, perueniret? Quid ni ergò & patriæ amor nos impellat ad suffragandum Candidato nostro? Qui enim tali indole præditus est, qui tali istiusmodi indolis cultura instructus & ornatus est, quis, quæso, dubitare poterit, quin reipub. operā præstare possit velitq́ utilissimam, optatissimamque?*

*Ergo hanc & animi & ingenij præstantiam, doctrinam, virtutem, nauitatem, industriam in Candidato nostro intuens, libentissimè sequor pulcherrimum & plenissimum Senatus Iuridici de eo consensum, certissimoq́ mihi polliceor, id quod Plinius iunior de quodam Minutiano scribit, eum regionis suæ singulare ornamentum futurum, iudicem rectissimum, aduocatum fortissimum, amicum fidelissimum. Superest vt fidei Catholicæ professionem edat, cæteraq́ quæ debet iuret, tum ego in maius certiusq́ istorum quæ dixi omnium testimoniorum atque iudiciorum ipsam Licentiam legalem ei sine mora in manus dabo.*

Dixi.



ORATIO XIII.

# DE DIGNITATE SACERDOTALI.

*EA ferè cuiusque dignitatis ratio est*, Serenissimi Principes, Magnifice Rector, Reuerendissime Domine Antistes, Ampliss. Domini Cœnobiarchæ, cæteriq; dignitate, nobilitate, doctrina, virtute præstantissimi auditores, *ea fere cuiusq; dignitatis ratio est, vt collata indignis non modo dignos non faciat, sed prodat potius offendatq; indignos, contra dignis collata & ipsos faciat digniores, & ea digniora omnia quæ ipsi ex ea dignitate faciunt. Præsentes igitur Domini Candidati nostri, si ea sint digni dignitate, ad quam adspirant, quis dubitat, quin hoc veluti sublato publicæ admißionis signo ostendendũ sit magna cum lubentia, summa cum voluntate quanti ipsos, quanti labores ipsorum facere conueniat.*

*Sacerdotes Dei sunt, dispensatores mysteriorum & eloquiorum Dei sunt, Ministri Christi, & Ecclesiæ Christi sunt: An non magna hæc dignitas? Tanta profectò, vt non dubitarit D. Ambrosius dicere*. Purpura regem facit,

eit, ſed non ſacerdotem. *Tanta profectò, vt D. Ioannes Chryſoſtomus apertè & disertè ſcripſerit*, Sacerdotium quidem in terris peragitur, ſed in rerum cæleſtium imo ſupra rerum cæleſtium ordinem claſſemque referendum eſt: Sacerdotibus enim ea obtigit poteſtas, quam Deus neque Angelis, neque Archangelis largitus eſt.

*Quid D. Greg. Nazianzenus?* Sacerdos, *inquit ille*, cum Chriſto ipſo Sacerdotio fungitur, figmentum Dei inſtaurat, imaginem Creatori ſiſtit, ſuperno mundo opificem agit, amplius Deus eſt alioſq; Deos efficit.

*Quid magnus ille Ephrem Syrus magni illius Baſilij Synchronos & amicus intimus, qui me, vt hæc hodie de ſacerdotio cõmemorarem, induxit maximè? Is mox in primo folio trium illorum tomorum, qui ipſius nomine tituloq; ex Græcis latini nuper cœperunt emergere, vbi dignitatẽ Sacerdotum grauiter & copioſè perſecutus eſt, tandẽ,* Cuncti ergò, *concludit*, honoremus hac venerandi ſacerdotij ſublimitate decoratos, ſciẽtes ſi quis amicũ regis amet, hũc ipſum quoq; à rege amatũ

iri, sunt autem Sacerdotes amici regis & pro nobis regem ex ipso videlicet etiam officio suo deprecantur. Quod si de illo, qui sacerdos est ignores, dignus ne sit an indignus, ne sic quidem eum despexeris. Nam vt fulgidissimum aurum licet luto respersum, detrimento tamen nullo afficitur, sic neque sacerdotium sordidum, inefficax aut indignum redditur etiamsi indignus sit qui illud susceperit. Sed vt hic tenebras & iudicium sibi accersit, sic ille qui dignus est vitam & coronam immarcessibilem sibi conciliat. Si igitur te Deus dignatus est sacerdotij gradu, stude placere ei qui te dignatus est, imitare preclaros illos Sacerdotes Moysen, Aaron, Eleazarum, obtempera ei, qui te elegit, vt sis ipsi similis, sapientia, iustitia, puritate. *Hæc S. Ephrem.*

*Ex quibus intelligi potest qui duplici hac pollent dignitate, vna sacerdotij, altera virtutum earum, quæ sacerdotio maximè conueniunt, eos demum duplici quoque honore, vti loquitur Apostolus, hoc est, plena suffragatione commendatione esse dignißimos. Quis autem nescit præsentes dominos Candidatos nostros*

*iam*

*iampridem apud nos, iam pridem etiam apud alios ea edidisse, vtriusque quam diximus dignitatis specimina, quæ eos ostendant non hunc tantum, quem propter piam vtilitatē petunt, sed etiam eum quem propter singularem modestiam non petunt honoris gradum, abunde esse promeritos?*

*Reuerendus Pater Torrentinus ante annos complures in I. V. Doctorem promotus, & in Cathedralis Ecclesiæ Frisingensis Canonicum ascitus nunc quis sit videtis. Viuit in laudatissima & orbi terrarum fructuosissima horum cultui diuino mancipatorum sodalitate, & ita viuit vt Patribus illis omnibus charissimus sit, vt quæ præclarè didicit, hactenus docuerit priuatim mox etiam vt Casuum Conscientiæ Professor docturus sit publicè. Pœnitentiarius hactenus fuit Reuerendissimi & Illustrissimi Episcopi Eistadiani in amplissima illa Imperij vrbe Augusta.*

*Reuerendus & eruditus Dominus M. Kappelmarius Consiliarius itidem & Commissarius fuit Consistorij Episcopalis ibidem, ea fide, ea scientia, ea diligentia vt non solum in Ecclesia sed etiam in ciuili repub. magnis viris valde charus acceptusq́ extiterit. Parochum Frid-*

*pergenſem hactenus egit Reuerendus & eximius Dominus M. Rottpauerus, parochum Rhainenſem Reuerendus & egregius Dominus M. Victor. Quid de parocho dico? parochorum & ipſorum adeo Decanorum inſpectores, monitores, viſitatores ex peculiari quadam ampliſsimi Domini Vicarij Auguſtani commiſsione, ita Candidati hi noſtri egerunt, vt non ſolum ſacerdotalem dignitatem, ſed & illa tria inſignia ſacerdotalis dignitatis adiumenta & ornamenta ſapientiam, iuſtitiam, puritatem omnes in eis agnoſcerent, prædicarent, amarent & colerent.*

*Euge igitur, ſpectatiſsimi Domini Candidati propter vtramque dignitatem & eam quæ ex Sacerdotio, & eam quæ dignis ſacerdotij virtutibus proficiſcitur, digni gradu Licentiæ Theologicæ, digni eo honore, qui vobis non ex priuato paucorum affectu ſed ex publico omnium iudicio, non ex munere fortuito ſed ex certo maturoq; decreto ſenatus Theologici paratus eſt, pergite, creſcite, viuite in veſtrum & Eccleſiæ Catholicæ bonum. Iam palmas aliquas adepti eſtis, iam gradus aliquos aſſecuti eſtis, iam Magiſterium habetis in philoſophicis, iam Baccalaureatus omnes in Theologicis: Augeſcite*

*ſcite virtutis & eruditionis ſplendore, augeſcite ex hac ipſa hodierna palma iuxta illud antiqui & egregij Theologi Proſperi Aquitanici:*

Virtutem virtus pariat, de lumine lumen.
Prodeat, atq; omnis palma gradum faciat.

*Sed iurate iuranda, & præſtabo ego quoque præſtanda.* Dixi.

## ORATIO XIV.

# ENCOMIVM VIRTVTIS ET ERVDITIONIS.

V*ETVS & verum verbum eſt*, ſpectabilis Domine Decane, clariſſimi & conſultiſſimi, cæterique auditores ornatiſs. humaniſs. *Vetus inquam & verum verbum eſt;* Qui de hominibus virtute & doctrina præditis benè meretur, de virtute ipſa & doctrina bene meretur. *Excitat enim alios ad virtutis eruditioniſque ſtudium: efficit vt non ſolum apud probos, ſed & apud im-*

*probos, non solum apud doctos, sed & apud indoctos in honore sint in authoritate & precio virtus atq; eruditio. Illud deniq; consequitur vt cum hi duo sint veluti oculi, quibus vniuersa regitur & dirigitur vita mortalium, tanto hi oculi lucem suam & vim illam salutarem diffundant longius & latius, quanto sunt plures, qui propter virtutem & eruditionem suam in honorum & dignitatum luce constituuntur.*

*Cum igitur præsens Dominus Candidatus virtutis & doctrinæ studium ab ineunte ætate studiosissimè consectatus sit, cum hoc nomine se magnis viris approbauerit, commendauerit, nihil mirum si Reuerendissimus & Amplissimus Dominus Præpositus Bertesgadensis, vir non ætate tantum sed & pietate & prudentia insignis iamdiu bene mereri de ipso cupiuerit, si vos clarissimi viri, si ego, si alij bene quoque de ipso mereri cupiamus. Mens illi hactenus si laua fuisset, si frigidus erga virtutem & doctrinam sanguis, profectò non tanto studio ad hunc studiorum celeberrimum locum contendisset, non tam assiduè Præceptores suos audisset, non tam diligenter lectionibus iuridicis omnibus, disputationibus omni-*

*omnibus interfuiſſet, non denique tam gnauiter tamque conſtanter ſeueriori huic I. V. diſciplinæ publice priuatimque operam dediſſet. Vt igitur ipſius exemplo ad virtutis & doctrinæ ſtudium alij quoque excitentur, vt de doctrina & virtute nos bene mereamur, & de iiſdem in poſterum ipſe quoque mereri egregie poßit, en ei, quem expetit honoris gradum, en Licentiæ legalis prærogatiuam & adoream, ad quam merito ſuo adſpirat, ad quam grauißimus & pleniſſimus Collegij Iuridici conſenſus ei ſuffragatur. Fidei proinde Catholicæ profeßionem edat, & reliqua quæ iuranda ſunt, iuret, tum voti ſui ſtatim abs me compos efficietur.* Dixi.

## ORATIO XV.

## A LAVDATIS VIRIS LAVDARI, VERA LAVS EST.

QVAM *digni ſint*, ſpectabilis Domine Decane, clariſs. & Conſultiſs. viri cæterique huius actus teſtes & ſpectatores ornatiſſimi. *Quam digni ſint dignitate ea Candidati noſtri ad quam nunc*

*nunc aspirant, si obscurum vobis esset aut dubium, & nunc per me tanquã per internuncium explicari deberet ac demonstrari: sane quidem non tribus verbis de tribus Candidatis (de aliis enim Candidatis Deo fauente dicere erit alias) sed haud paulo prolixiore sermone hodiernum munus exequerer. Sunt enim vere in vnoquoq; eorum nõ pauca digna commendatione, digna amore & fauore, digna applausu & congratulatione, digna expectatione ea quam de hominibus in schola liberaliter & laudabiliter diu versatis optimus quisque concipit.*

*Nunc vero cum hi ipsi Candidati æq; vobis ac mihi, imo multo etiã magis iam ante cogniti perspectiq; sint, cum vos ipsi eos oculis vestris probaueritis, publice discentes, publice disputãtes, publice omne Candidatorum officium explentes: quorsum verecũdiam præsentium laudatione minime necessaria onerabo? quorsum longo verborum ambitu spem eorum iustissimã remorabor? quorsum in hac temporis lociq; angustia tam longe excurram, vt quæ notissima sunt, tanquam ignota, quæ certissima tanquam incerta velim percensere & persuadere? Sat sit ad laudem Candidatorum nostrorum vnũ breuissimum elogium: & mores & studia eorum i-*

*ta placuisse inclyto Iureconsultorum collegio vt eos illi gradu Doctura proximo in vtraque Iurisprudentia omnino ornandos decreuerint. Abunde id mihi sufficit eis vt eum honorem tribam, quem expetunt. abunde idipsum, ni me fallunt omnia, satisfacere debet & aliis, vt honorifice de eorum virtute & doctrina sentiant.*

*Magna enim iure meritoque est authoritas in Magistratu, in Senatu, in Collegio. sic non abs re magnus Aurelius Caßiodorus in formula Prafectura vrbana eum laudandum merito pronunciat, quem senatus laudauerit.* Perfecta enim *inquit*, rerum fides est, vbi consentanei testes probantur esse summates. *Et praclare M. Tullius*, præclarum est laudari à laudatis viris.

*Fruimini igitur hoc tam honorifico testimonio Iuridica facultatis Candidati lectißimi, ingredimini iucundißima & desideratißima legalis dignitatis atria. En via vi meritorum vobis aperta est, en paratißimus ego vos in ea introducere: dummodo manum detis, fidemque vestram schola huic more solito obligetis.*

Dixi.

ORA-

ORATIVNCVLA XVI.

# DE STRENIS ET QVIBVS DEBEANTVR.



*VOD fælix faustumq́; sit nobis omnibus, Candidatis nostris, Schola nostra, Reipub. Christianæ, exorientis anni primum mensem agimus. Quo mense bene ominari de toto anno insequenti, precari mutuo læta omnia & amica, vt annare & perennare feliciter liceret, quin & strenas donare, mos veteribus solennis erat. Pulchre vt alia ex aliis omittam, de strenis istis vetustus & grauis autor Aurelius Symmachus vir consularis, vrbi præfectus duabus statuis vna Romæ, altera Constantinopoli honoratus* : strenarum vsus, *inquit ille*, iam inde ab exortu pene vrbis adoleuit, autoritate Taciti regis, qui verbenas felicis arboris ex luco streniæ, anni noui auspices primus accepit. Nomen ipsum (*sic enim idem Symmachus*) indicio est, viris strenuis hæc potissimum conuenire dona, quorum videlicet animus magis vigilantiæ testimonium quã omen expectet.

Quid

*Quid igitur, viri & adolescentes præstantissimi? Quid nobis agendum? Lætandum hoc merse & nobis gratulandum mutuo, quod Dei benignitate hucusque conseruati fuerimus, dicenda verba bona, votis & vocibus communibus fausta & felicia comprecanda, & his ipsis Candidatis nostris non tam omen, vt cum Symmacho loquar, quam testimonium impartiendum. Quale vero testimonium? Vigilantiæ, strenuitatis, virtutis, eruditionis. Ex luco nimirum seu loco sacro strenia, ex hoc celeberrimo Musarum templo, ex hoc nobilissimo Atheneo Ingolstadiensi non vile donum verbenas ipsis, noui anni auspices, sed strenas preciosas ipsis strenuitatis indices, omen maioris incrementi, nomen maioris ornamenti deferre addecet.*

*Meretur id Aurbachius clarissimi Iureconsulti, Consiliarij & Cancellarij quondam Ratisbonensis dignissimi filius, meretur id Osnabruchius honestissimorum quoque parentum virtutis & doctrinæ amantissimorum germen non degenerans. Vnus quidem nomine Aurbachius, vterque reipsa Aurbachius, aurea videlicet aureorum, optima optimorum parentum soboles, aureo illi ramo, qui in carmine Virgilia-*

*no semper enascitur, non multum absimilis: Nā & hic filius in laudem succedit parenti;*

Primoque auulso ramo non deficit alter,
Aureus & simili frondescit virga metallo.

*Vigilanter & strenue vterque in bonis artibus, in Philosophia, in Iurisprudentia versatus est, vigilanter & strenue vterque viam virtutis persecutus est, & aureum illum iustitiæ tramitem non tantum discendo sed etiam agendo ita triuit; vt hoc etiam nomine vterque bonis magnisq́; viris percharus hactenus extiterit, nempe Aurbachius iam olim Reueren. & magnif. domino Ioanni Iacobo Kuchero Vicario in spiritualibus generali Eistettensi, qui tanquam mystagogus quidam eum mox post parentis obitum primus introduxit in adyta Musarum, deinde Reueren. in Christo & amplißimo domino Præposito & Administratori Episcopatus Ratisbonensis domino Doctori Iacobo Millero, qui hactenus eius opera in variis officij sui negotiis non illibēter nec inutiliter se vsum profitetur, ipsi deniq́; Reuerendiß. & Sereniß. Principi nostro Philippo Episcopo Ratisbonensi dignißimo, meritißimo, qui probe sciēs illud veteris Poëtæ,*

Prin-

**Principis est virtus maxima nosse suos.**

*Nequaquam ignorare voluit, vel defunctum parentem, vel superstitem filium per patris innitentem vestigia, sed huius iuuando & ornando studia bene mereri tum de illo tum de isto.*

*Nil dico de Asuabruchio vt breuis sim, similium enim similis est ratio, & esse hosce Candidatos similes, similis satis superque declarat totius Iuridici Collegij sententia;*

*Adeste ergo spectatissimi Domini Candidati, sumite quæ petistis, quæ meruistis, honoris insignia, sumite vigilantiæ vestræ non tantum omen, optimum, sed etiam testimonium præclarissimum, sumite strenuitatis vestræ iudicium pulcherrimum, non verbenas vanæ illius streniæ, sed palmas, sed coronas, sed approbationes huius verissimæ & nobilissimæ Academiæ. En patet vobis ad optatâ aditus, en aperitur vobis non annus nouus qui apertus est, sed anni noui nouum ad quod adspirastis gaudium, si modo quæ iuranda sunt iuraueritis.*

Dixi.

ORATIO

ORATIVNCVLA XVII.

# DE VIRTVTIS LAVDATÆ COMMODIS.

ETSI *laudis caussa*, magnifice domine Rector, cæterique reuerendi admodum nobiles, clarissimi, doctissimi & ornatissimi auditores & spectatores. *Etsi inquam laudis caussa (vt vere dixit Candidatus noster) virtus capessenda non sit, sed inprimis propter gloriam Dei, dein vero propter nostram & propter aliorum salutem, tum virtus tamen ipsa laudem meretur, tum eam suo loco & tempore & absque adulationis vitio laudare laudabile est, vtile & fructuosum est.*

*Sic quidem & Christus quosdam absentes quosdam etiam præsentes laudasse legitur, sic multi ex sanctis multos etiam ex Sanctis non breuibus tantum elogiis; sed bene prolixis panegyricis celebrauerunt, & merito. Non solum enim hic virtuti honos debetur iuxta illud Apostoli,* cui honor honor, cui vectigal vectigal, *quasi æque vtrumque debeatur, sed insuper is ipse qui laudatur magis ad virtem acui-*

*tuitur iuxta illud Sapientis*, Quomodo probatur in ſufflatorio argentum & in fornace aurum, ſic probatur homo ore laudantis: *& iuxta illud vetuſti nec inepti Poëta:*

---laudataq́; creſcit
Virtus & immenſum gloria calcar habet.

*Deinde hac laude & alij ad virtutem exſtimulantur, iuxta illud egregij Eccleſiæ Doctoris D. Gregorij Magni*, plerumque ad exercenda bona opera aliena nos exempla vtiliter perſuadent, & cum mente humili alienæ opinionis bona ſuſpicimus, noſtra vel ad melius bona perducimus, vel ad bonum libentius mala noſtra permutamus.

*Deniq; ſic Dei deprædicatur à nobis gloria, noſtraq́; gratitudo oſtenditur. Sic enim laudare ſolemus virtutem, vt Dei quoque eam donū eſſe agnoſcamus, iuxta illud:* Soli Deo honor & gloria, *videlicet tanquam autori bonorum omnium; & iuxta illud*, Omne donum optimum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum.

*Quæ quidem cum ita ſint cur non Candida-*

*tos nostros dilaudaremus? Meretur enim certè hoc etiam virtus eorum; meretur hoc ex virtute prognatum magnarum & variarum scientiarum præsertim Philosophiæ & Theologiæ studiū eorū; meretur hoc in pastorali officio industria, diligentia & vigilantia eorū. Et hanc ipsam virtutem eorum corroborabit & augebit laus eorum. Quin eadem laus vtique & alios excitabit Philosophiæ & Theologiæ studiosos ne torpori aut ignauiæ se dedant: sed pro Christo, pro Ecclesia, pro communi salute sua & aliorum omnibus corporis & animi viribus cōtendant. Deniq; grata erit acceptaq; hæc laus summo bonorum omnium Largitori* DEO, *qui hunc eis animum inspirauit, hanc gratiam cōcessit, vt in laboribus suis, in addiscendis pulcherrimis ac vtilissimis scientiis, in procurāda omnium salute non deficerent hactenus sed viriliter agerent, prosperè incederent, & à probatis ipsi quoq; probarentur.*

*Iuuenes quosdam bonos & doctos commendaturus Libanius Sophista Magno Basilio;* Complectere, *inquit*, ô Basili pignora hęc tua & lauda eos, qui & me & te moribus & ingenio exornarunt. *Complectemur & nos hos Reuerendos Dominos vt pignora nostra,*

stra, & laudabimus eos, ut qui & nos & scholam nostram & parochias suas exornarunt. Solitis igitur se iuramentis obligent, tum ego quod officij mei est, illico praestabo eis animo libentissimo & paratissimo. Dixi.

## ORATIVNCVLA XVIII.

## DE VETERI CANDIDATORVM ROMANORVM PRENSANDI MORE.

OBSERVASSE mihi videor, Illustris comes, spectabilis Domine Decane, Clariss. & Consultissimi viri ornatissimi & humanissimi auditores & spectatores, obseruasse inquam mihi videor, veterem hanc Romanorum de Candidatis suis rogandi formulam. Quae formula siue a celeberrimo illo Iureconsulto Brissonio, aliisue qui de veterum scripsere formulis, notata sit, siue non sit, mihi certe ad laudem talium Candidatorum quales nobis hodierna sistit dies notanda omnino videtur. Implebant veteres illi Romanorum Candidati officium suum, hoc fere modo. Ediscenda ipsis erant ut inter alios refert Mamertinus in Panegyrico suo ad

*Iulianum, omnium nomina tribuum, ex his salutandi singuli, prensandæ obuiorum manus, omnibus arridendum, non solum cum infimis sed etiam cum ignotis familiaritatis imago simulanda, multaq; alia propter honorem agenda, quæ virum honore dignum facere erat indignum.*

*Vnde illud Crassi celebre dictum, cum peteret consulatum & forte cum Mutio Sceuola socero suo peruias vrbis incederet, nec præsente grauissimo Iureconsulto, seuerissimoq; viro blãdiri populo, palpare obuios & artes petitoribus exercere auderet,* quęso *inquit*, Muti, abscedas paulisper, nec comitatu tuo honestari me putes, impedis honorem meũ, te enim spectante ineptus esse non possum. *Inepte ergo, leuicule, ridicule non pauca faciebant isti implendi officij sui caussa.*

*Impleuerunt verò & Candidati nostri rationem officij sui, sed quanam ratione? Longè profectò aliter, longe rectius & præclarius quã isti. Nimirum, occupati fuere non vti isti in obeundis prensandisq; tribubus, sed in adeundis & prehendendis Præceptorum suorum doctissimis & accuratissimis prælectionibus, in frequẽtandis pulcherrimis grauissimisq; tum publicis*

*blicis, tum priuatis de Iure disputationibus, in commendandis moribus ac studiis suis, non imperito temerarioq́; populo sed exactissimæ limatissimæq́; Censuræ inclyti Collegij Iuridici, quod non assentatione vel pollicitatione capitur, sed industriæ, virtutis doctrinæq́; mouetur merito, quod ea quæ coram Mutio fieri non decebat, æquè ac Mutius ille contemnit, respuit, & eos demum Candidatos dignos hoc nomine iudicat, qui morum candore doctrinæq́; præstantia & volunt & possunt iuuare rempub.*

*Qualis res, qualis spes ita elucent in Candidatis hisce nostris, vt pro eo ac progressi sunt hactenus, etiam deinceps procul dubio progressuri sint, adeoq́; pro constantia sua secuturi exemplum non Publij Sulpitij, qui Iuris scientia, eloquentia & egregia apud omnes opinione efflorescens repente, vt scribit Velleius, quasi eum virtutum & consultorum suorum pœnituerit non adiuuandam sed turbandam & affligendam rempub. sese Marij partibus adiunxit, sed Seruij Sulpitij qui eodem quo cœpit pede ad metam vsq́; perrexit & à Cicerone alijsq́; tanquam perpetuum iuris in Vrbe oraculum meritò laudatus est.*

*Sic ergo sic optimi Candidati quando vos*

*impleuistis Candidatorum officium, & deinde quoq; litarum & prolitarum impleturi munus videamini, agite, in formulam iurate fidei Catholicæ, & in reliqua quæ prælegat Notarius, tum ego quoque citra moram implebo, quantum petitioni vestræ satis sit Procancellarij officium.* Dixi.

## ORATIO XIX.

# DE SEPTEM CLEMENTIBVS ET DE CATHEDRÆ APOSTOLICÆ integritate.

ANNI *sunt non ita multi,* Serenissimi Principes, Amplissima præstantissimaq; corona, *anni inquã sunt non ita multi, cum Doctor quidam Lutheranus non incelebris inter suos, ad doctoratum Theologicum Candidatos promouens duos, de septem Clementibus summis Pontificibus sibi dicendum duxit, & ita dixit, vt cum multa alia ei argumenta habendæ orationis suppeterent, adeo vt eum ipsa copia inopem faceret (sic enim ipse loquitur) hoc tamen vnum sibi potissimum tractandum argumentum desumpserit, quasi diuinitus ex Calendarij inspectione, vbi*

tur S. Clementis dies festus legebatur, admonitus fuisset.

Ego verò hodie ad Doctoratum Theologicum promoturus Candidatos septem, an non vel sine Calendarij inspectione ulla rectius & congruentius facturus videor, si de septem quoque illis Clementibus verba fecero? Certè quidem septem Clementibus cum septem Candidatis nostris multo maior, quam cum duobus Prædicantibus conuenientia, certè quidem veris legitimisq́ Ecclesiæ Catholicæ Rectoribus cum veris legitimisq́ Ecclesiæ Catholicæ Doctoribus multo maior, quam cum quodam Gerlachio Knittlingensi & quodam Mylio Augustano necessitudo atque coniunctio, certè quidem veritatis contra falsitatem multo iustior defensio, quam veritatis pro falsitate contemptio, offensio, criminatio.

Dicam ergò auditores, dicam vobis benefacientibus de septem istis Clementibus primo, deinde verò de septem Candidatis nostris, & quidem quàm breuissime, tum finem faciam, ne coronã his ipsis Candidatis dudum exoptatam, dudum etiam debitam sermone prolixus, seraq́ coronide longus, diutius quam par sit differam.

De septem Clementibus quid quæso affert inclementissimus ille & infensissimus atq; infestissimus Romanorũ Pontificum hostis? Negare nõ potest Clementem primũ, virum fuisse doctũ sanctumq́;, sed negat eum ea scripsisse, quæ scripsisse scribitur à viris doctis sanctisq;. Ridet hæc iste, & pro figmentis ac fabulis habet, sed cur quæso ad ea non respondet, quæ pro Epistolis decretalibus S. Clementis & aliorum Pontificum Apostolicorum Catholici edidere doctores, quos inter ante annos triginta mihi notus doctissimus Turrianus, tunc S. Hieronymi in Vrbe Canonicus, postea venerandæ Societatis IESV Theologus, vir Græcè latineque doctissimus, mihi honoris caussa meritò nominandus.

Clementem secundum qui fuit Saxo & Episcopus Bambergensis multæ pietatis & religionis Pontifex, vt veteres scriptores vno ore omnes testantur, nec ipse contemnere audet Anticlemens iste, sed ne vllã vel minimam calumniandi Romanos Pontifices occasionẽ prætermittat, malè cautũ & à Stephano qui postea fuit Damasus eius nominis secũdus veneno sublatũ dicit. Qua ratione rursus Romano Põtifici, quando nõ potest in Clemente II. in Damaso II. cri-

*crimen atrox impingit. Testem Platinam citat, qui ait*, fertur hoc de Stephano qui videlicet postea dictus fuit Damasus secundus, *sed ideo ne mi Anticlemens verum hoc, quia ita fertur? etsi verum, ideo ne, vel propter Stephanum aliquem, vel propter Clementem aliquem tam inclementem esse deceat, vt propter vitam condemnetur fides, propter vitium officium, propter personam, munus personæ? ad quem scopum vniuersa eius oratio vel potius criminatio collimat; atqui hac de re postea ex eruditissimo sanctissimoque Doctore Augustino aliquid amplius.*

*Dein Clemens tertius suos quoque apud istum manes patitur. Laudare eum homo iste non vult, vituperare non audet, tandem tamē cum ipse hic Anticlemens vituperio potius quam laude dignus sit, & hunc Clementem vituperat potius quam laudat*, Nihil *inquit*, de hoc admodum laude dignum memoriæ proditum est, nisi quod cum Tancredo rege Siciliæ de regno illo infeliciter certauerit, & quod Fridericum Barbarossam aliosque complures reges & principes totius propemodum Europæ ad expeditionem contra Saracenos suscipien-

dam promouerit, sed parum quoque feliciter. Nam Imperator optimus (*sic aduersarius loquitur*) maximis rebus gestis miserabiliter in vndis lauans perijt, filius Friderici nomen patris referens cum exercitum post obitum patris ad Ptolemaidem adduxisset, peste extinctus est. Apparet autem ex perpetua omnium temporum historia (*ô durissimum, ô impudentissimum & mendacissimum os hominis istius*) nulla bella suscepta, nulla fœdera Pontificum Romanorum consiliis inita, felicia vnquam fuisse, nullos etiam reges qui Pontificiis electi sunt consiliis, siue, *vt ipse loquitur*, factionibus felices fuisse, aut prosperos habuisse exitus.

*Integram hæc vna, hæc tam aperta calumnia tam effrenata mentiendi libido apologiam desideraret, sed ea differtur in tempus aliud, legat interim qui volet Bozium quendam qui de his Clementibus quidem ex professo nihil, at de Romanis Pontificibus tam multa tam egregia ex certissimis antiquitatis testibus nuper collegit, vt ex his ista istius maledicentia etiam de Fridericis istis manifestissime conuincatur. Diuinam enim clementiam, qui cum Clementibus*

*tibus aliisque Pontificibus fecere multo sensisse magis vberiusque, quam qui contra fecere clarissime doceri potest.*

*Interim id vnum quaeso foedus vna nobiscum recognoscat Anticlemens iste, ne abeamus longius, quod ante annos non ita multos contra Turcam procurauit Pius Quintus Pontifex communi omnium, qui tunc vixerunt, vel etiam nunc viuunt, consensu iudicioque doctissimus pariter & sanctissimus, quem ego primo Cardinalem, postea etiam pontificem primo pontificatus sui anno, antequam in Germaniam redirem, vidi saepissime & libentissime, & cineres ab eo accepi eo ipso cineralium die quo Octauianus Parmae Dux in capella erat cineresque accipiebat. An infeliciter cessit foedus illud? bellum illud? An non optimi pontificis studio, cõsilio, pcuratione à certissimo exitio totus fere orbis Christianus tunc ereptus liberatusq; fuit?*

*Ex innumerabilibus exemplis vnicum adduxi, vt quam verbis promisi re ipsa praestem breuitatem, Vos caetera auditores praestantissimi tacitis cogitationibus & recordationibus suppleatis.*

*Ad Clementem Quartum venio.* Iureconsultus is fuit, *inquit Anticlemens iste*, & ad-

uocatus in Gallia Groido Fulcodius dictus, vir antea integer & optimus, deniq; eruditionis, iustitiæ, castimoniæ opinione dignitatem hanc summam consecutus, veruntamen, *inquit*, vt appareat, papatum Romanum sedem esse pestilentię (*verba quoque sunt ista Anticlementis nostri*) sicut corpus Clementis secundi veneno infectum fuit, postquam cathedrã papalem conscendit, ita istius animus superbiæ & crudelitatis veneno perijt, vbi sede pontificali potitus est. *Qui sic ô bone vir, qui comprobas ista?* Quia tumultus occasionem ipse & caussam necis præbuit Conradino Sueuo & Friderico Austrio quos Carolus Sextus Galliæ & Hierosolymorum Rex Neapoli occidit.

*Praeclara res veritas, quæ sæpe etiam inuitis aduersariis profert sese, & quanto premitur magis, tanto clarius emicat erumpitque. Bene enim habet profecto quod ait iste, Clementem hunc Quartum eruditionis, iustitiæ, castimoniæ opinione ad summum Pontificatum peruenisse. Quod si Pontificatus malorum lerna est, Antichristi regnum, Synagoga Diaboli, vt aduersarius cum suis plusquam Ethnica vanitate & im-*

*impudentia blaterat, quomodo etiam posteriores Pontifices viam sibi ad eum virtutibus potius quam vitiis, eruditione potius, iustitia, castimonia, quam ignorantia, iniquitate, luxu & libidine munierunt?*

*Sed desciuisse Clementem hunc à se ipso narrat Anticlemens iste. Esto, quid hoc ad euertendam Romani Pontificatus authoritatem & potestatem? & nihil tamen tale de hac Clementis degeneratione Platina scribit, imo exertis & disertis verbis testificatur Clementis huius vitam omni ex parte laudandam fuisse, propter doctrinam, pietatem, religionem, humanitatem, modestiam, charitatem in proximum & in pauperes Christi. Quid ergo attinet tam insontem tam grauiter accusare?*

*Quod vero Clementem Quintum, qui Clementinas à suo nomine dictas congessit, easque in concilio Viennensi edidit, contemnit & calumniatur, bellus hic bellator, quis quaeso iure mirari queat? Nam si Lutherus plane exussit ius canonicum, hic quomodo non & Clementinas & Clementem omni inclementia vexaret, exploderet?*

*Sed aliud tamen etiam est quod in Clemente isto grauissimus hic censor animaduertit. Parum*

*rum enim continentem fuisse & Auinionem tanquam voluptatum sedem sibi delegisse non dubitat asserere, quod quàm verum sit ex historia & perturbatione illorum temporum prudens rerum æstimator facile æstimabit. Ab istis quæ dubia sunt tanquam certa, & quæ falsa sunt tanquam vera venditari solent, modo scenæ suæ aliquatenus subseruiant.*

*At demus illi nos, quod forsitan veritas non dat, vltroque largiamur talem prorsus fuisse Clementem Quintum qualem ille in Satyra ista sua producit, quid inde conficitur? Clemens Quintus non satis dignus fuit Pontificatu Romano, ergo nulla est Romani Pontificatus dignitas? Contra, si nulla Romani Pontificatus dignitas, quomodo eo non dignus Clemens quintus, cum huius quoque nulla sit apud istum dignitas? Miri profectò homines qui dum dignitatem Pontificatus Romani aperte negant, tacitè eam confirment.*

*Iam Clemens sextus & Clemens septimus, quorum ille cum Ludouico quarto Bauaro, hic cum Carolo V. Austriaco aliquando controuersias habuit, quales putatis auditores Pontifices fuisse? Bestias & Diabolos incarnatos vocat iste hos duos Pontifices. Non sic certe Ludouicus,*

*non*

*non sit Carolus, quantumuis Ludouicus de Imperio & iurisdictione cum Clemente sexto, Caroli vero Duces & satrapæ quidam pro Carolo Cæsare contra Franciscum Gallorum regem cum Clemente septimo acerrime contenderent: Imo cum Pontifice Clemente sexto reconciliari Ludouicus voluit, cum Clemente septimo Carolus eam inyt amicitiam vt postea imperialem coronam ab eo Bononiæ magno apparatu perquã amanter & perquam reuerenter acceperit, non accepturus profecto, si bestia, si diabolus incarnatus fuisset Clemens.*

*Sed finit ille calumnias suas; nos quoque vt à Clementibus septem ad Candidatos septem transeamus, finiemus responsionem nostram si quam inepte talis ille Promotor & tales illi promoti de summorum quorundam Pontificum vita philosophentur vel potius nugentur, breuißime ostenderimus. Quæro igitur ab istis, quando tanta istorum peruersitas est, vt in perquirendis & notandis Pontificum maculis, tam cupide versentur, quid in hac perquisitione, vel examinatione animi vel iudicij habeant? Fuerit aliquando per aliquem, vel aliquos Pontifices parum cohonestata sedes ea, non est hoc, vt loquitur Tertullianus, prædicatio-*

*nis,*

*nis, sed conuersationis vitium, certe nullius publici decreti ad vniuersam spectantis Ecclesiam error. Quid ergo hoc ad sedem illam euertendam profertur?*

*Deinde, an non primorum triginta & octo Pontificum martyrio multum honorata, multum sanctificata fuit sedes illa? An non aliis etiam consequentibus seculis, vel ipsis quoque, velint nolint, confitentibus aduersariis plures boni, pauciores mali extiterunt? Cur ergo multorum in fide & moribus integritas non plus apud eos valeat, quam paucorum vel in vita impuritas, vel in fide (vt etiam hoc daretur) perfidia. An in tam longo tot saeculorum ordine, Sanctos omnes & angelica puritate omnes praeditos postulant?*

*Quod si Deus in tanta Pontificum diuersitate vnitatem tamen Ecclesiae suae conseruare vult, & propagare vt bonis multis paucos malos ad piorum fidem exercendam admisceri patiatur: Quid quaeso est, quod isti in hac Dei oeconomia reprehendant? An Dei consilium isti improbare audent? At hoc blasphemum est. An approbato Dei consilio à malorum quorundam Pontificum impuriore vita, offensionis & alienationis, non patientiae potius materiã deriuabũt? at hoc schismaticũ est.* Ni-

*Nimium profectò iniqui sunt isti Catholicis, nimium indulgentes sibi suisq; de quibus meritò dicimus cum D. Augustino in Epist. 161. ad Generosum.* Quiescat lingua superba istorum, & cognoscat crimina sua ne delirans loquatur aliena. In illum ordinem Episcoporum, qui ducitur ab ipso Petro vsq; ad Anastasium, qui nunc in eadem Cathedra sedet, etiam si quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil præiudicaret Ecclesiæ & innocentibus Christianis, quibus Dominus prouidens ait, de præpositis malis. Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere. Dicunt enim & non faciunt, vt certa sit spes quæ non in homine, sed in Domino collocata nulla vnquam tempestate sacrilegi schismatis dissipetur.

*Et contra Petilianum lib. 2. cap. 51.* Cathedra quid tibi fecit Ecclesiæ Romanæ ô Petiliane, in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius? *Dicamus nos Clemens octauus omni sane laude dignißimus Pontifex tam exosus tamen istis, quam Clementes illi septem;* His nos in Catholica veritate, *inquit D. Augustinus* connectimur, ab his

vos nefario furore separastis. Quare appellas Petiliane, *dicamus nos Lutherane & Caluiniane*, Cathedram pestilentiæ Cathedram Apostolicam? Si propter homines quos putas legem loqui & non facere, nunquid Dominus propter Pharisæos de quibus dixit dicunt & non faciunt, Cathedræ in qua sedebant vllam iniuriam fecit? Nonne illam Cathedram Moysis commendauit, & illos seruato Cathedræ honore redarguit? Hæc si cogitaretis (*apertè hæc contra sectarios nostros præsertim contra promotores & promotos illos Clementi mastigas faciunt*) non propter homines quos infamatis, blasphemaretis Cathedram Apostolicam cui non communicatis. Sed quid hoc aliud est quam nescire dicere, & tamen non posse nisi maledicere?

*Hactenus magnus hic Ecclesiæ Doctor D. Augustinus. Ex quibus satis perspicitur, quam imperitè ineptèq; faciant sectarij, cum à vita argumentantur ad fidem, vbi nō ex fide, quemadmodum ferè apud ipsos contingit, sed potius contra fidem, quemadmodum apud nos, vita procedit, quam male item perniciosèq; faciant ij, qui*

*ij, qui quæ gerunt officia præsertim in Ecclesia Dei ea fœdis moribus contaminant & dedecorant. Etsi enim horum doctrinam potius quam mores spectare oporteat, sic tamen ferè comparatum esse videmus in hac vita mortalium, vt verbis propter facta credatur; & qui ipsi non mouentur, alios etiam vix moueant.* Nõ prædicationis virtus, *inquit præclarè Isidorus Pelusiota, antiquus Græcorum Theologus ad Theonem*, sed & prædicantium vita prædicationi consentiens, hominum animos ad religionem Christianam allexit. Quisnam enim alioqui hominibus aliud loquentibus, aliud agentibus fidem adhibuisset? Nam cum nunc permulti, actis iam in fidę radicibus, ob magistrorum tamen vitam non modo vacillarint, sed radicitus etiã euulsi sint; quis quæso sub initium vitam cum sermonibus congruentem minimè perspiciens, ad credendum adductus fuisset? Hinc Christus ipse; qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.

*Laudandi igitur maiorem in modum Candidati nostri, qui ista probè iam pridem intelligentes, ita vitam ornarunt docendo, ita doctri-*

*nam viuendo, vt sermo eorum esset viuus, Deo hominibusq́; gratus & concinnus. Testatur id clarissimè de Reuerendo & eximio Domino Quirino, par illud fratrum verè aureum planeq́; admirabile, Serenissimus Bauariæ Princeps Philippus, & Serenissimus Bauariæ Princeps Ferdinandus, duo Romani Imperij surgentia lumina splendidissima; duo columina fortissima, de quibus nihil iam ego aliud, reuerens assentandi suspicionem. Tantum in his tum ad vitam, tum ad doctrinam formandis valuisse & vitam & doctrinam Quirini nostri, gaudent & prædicant quicunq́; hos principes norunt. Quis autem non nouit?*

*Prædicat hanc ipsius præstantiam & felicissimam institutionem vniuersa Bauaria, præsertim hic vniuersæ Bauariæ veluti oculus quidam nobilissimus & perspicacissimus Ingolstadiensis vniuersitas: prædicat Treuirorum ciuitas, prædicat Colonia, Moguntia, prædicat ipsa Vrbs Roma & ipse summus Pontifex, non semel eum suo dignatus alloquio, Clemens inquam octauus, cui precentur bene vel male anticlementes isti, nos certè merito precamur vno ore, vna voce omnes felicissima omnia, vt viuat & valeat quam diutissime (accommodabi-*

*dabimus veterem illam Tertulliani aliorumq; antiquorum Christianorum precandi formulā) vt principatum habeat prosperum, domum tutam, senatum fidelem, populum probum, fortes exercitus contra Turcas & alios crucis inimicos; Ecclesiam quietam, tempora pura à sectis & hæresibus, deniq; venturi sæculi fructum voluptatemq; æternam.*

*Iam verò quid de cæteris Candidatis nostris dicam? Dominum Riepelium quid aliud potissimum & ad parochiam Academicam, & ad docendi munus Academicum, & ad ipsum adeo Rectoratum Academicum prouexit, quam digna parocho pietas, digna Professore eruditio, digna Rectore prudentia, vigilantia?*

*Quid item Serenissimo & Clementissimo Principi nostro tantopere Dominum Cholinum commendauit? Quid aliud ei vniuersitatis nostræ fasces in manus dedit? quam illa quasi successorio & hæreditario iure à parentibus & propinquis dimanans egregiæ probitatis atq; eruditionis opinio, ex diligenti ac diuturno studio Romæ mirificè aucta confirmataque?*

*Quid Dominus Motschenbach? Cursum illeutrumq; & Philosophicum & Theologicum*

*hic absoluit haud infeliciter: Romæ per annos ferè tres Reuerendissimi & Illustrissimi Cardinalis de Altaembs secretarium egit laudabiliter: Reuersus inde iterum eo pro confirmatione & sacro pallio eius qui nunc præsidet Bambergensis Episcopi missus est. Rebus bene expeditis iussu eiusdem Principis Bambergensis ad comitia Imperialia Ratisbonam abiit, & ibi cum laude versatus. Decanatum S. Stephani, Officialatum, Consiliaratum sic gerit Bambergæ vt boni omnes eum magno in amore, magno in honore habeant. Laudis id puto satis. Sed quæ eius grauitas morum, quæ constantia, crescet hæc laus procul dubio indies magis magisq́; & toti Franconiæ cedet quam optime.*

*Nunc qua te voce canam Ornatissime Domine Oberspergere, Decane Straubingensis dignissime? qui & Philosophicorum & Theologicorum studiorum hic emensus curriculum, vt præstares te gratum & obsequentem Serenissimo Principi nostro alumnum, non recusasti laboriosum illud Synergi officium apud insignem beatæ Virginis Ecclesiam Monachij suscipere, in eo cum spectata fuisset integritas tua, dexteritas tua, nil mirum si postea cura pastoralis in pulchro illo & celebri inferioris Ba-*

*uariæ*

*nariæ oppido Riedt tibi commissa fuit, nil mirum etiam quando ibi minimè à te ipso desciuisti, sed virtutis & doctrinæ famam multo etiam maiorem tibi comparasti, si postea & Parochus & Concionator & tandem summa omnium canonicorum voluntate Decanus Straubingensis factus es.*

*Nec silentio mihi prætereundus Reuerendus & humanissimus Vir Dominus Vitus Prieserus, qui studiis humanitatis & Oratoriæ apud Reuerendos patres Societatis Monachij, Philosophiæ & Theologiæ Ingolstadij, feliciter exantlatis, publicoque eruditionis specimine in disputatione de indulgentiis sub tutela clarissimi Collegæ nostri Doctoris Gregorij de Valentia edito, à Serenissimo Principe nostro primo missus est Halam, vt Serenissimæ ibidem Reginæ concionatorem ageret, Inde ad parochiam promotus Aichensem, vbi ea cum laude, eo etiam cum fructu præstat officij sui partes, vt merito tum ob doctrinam & pietatem, tum ob singularem humanitatem morumque suauitatem charissimus & acceptissimus sit omnibus.*

*Quid vero commemorabo de doctissimo Domino Ioanne Pitto Anglo, qui exul quidem est è patria, donec pertranseat iniquitas, vt in-*

*comparabilis illius Alani nuper demortui habebat ſymbolum, ſed non exul ab Eccleſia, non exul à vera Philoſophia, à vera Theologia, quæ illi dulciſſimum præbuere hoſpitium Remis in Gallia, Romæ in Anglorum collegio, Muſſiponti in Lotharingia, non exul apud vere pios, vere doctos homines: Generoſiſſimo enim illi Domino à Maylhaime Lotharingo tam charus fuit hactenus, vt chariſſima ſua pignora eius iam dudum commiſerit curæ & fidei, noſtræ quoque facultati Theologicæ à probitate & eruditione tam notus tam exploratus vt laude lauroque digniſſimum nemo non noſtrum iudicet.*

*Macti ergo his ingeniis, his virtutis doctrinæque progreſsibus ornatiſſimi Candidati, iurate quæ iuranda ſunt, & pergite porro vt hactenus, præbete exempla aliis optima, reddet viciſſim in Cælis præmia opima agonotheta optimus. Dictum vobis putate illud Diuini Boethij,* Ite nunc fortes, vbi celſa magni ducit exempli via, ſuperata tellus ſydera donat. Dixi.



ORA-

## ORATIO XX.

# DE CALENDIS IANVARIIS, QVOMODO AB ETHNICIS OLIM PERACTÆ: QVOMODO à Christianis peragendæ.

*IN dicendo*, Magnifice Domine Rector, cæterique nobilitate, doctrina, virtute præstantissimi auditores, *In dicendo non minimam temporis habendam esse rationem, nemo vnquam (vt puto) vel mediocri rerum intelligentia præditus, audebit inficiari. Cum igitur hodierna hæc solemnitas in ipsa incidat huius noui anni primordia & ita incidat, vt vnus idemque dies imo hoc ipsum mane & doctoratum & nuptias Candidato nostro præferat & offerat, ne qua in mora sim ego hisce gaudiis, rationemque temporis minorem quam oporteat, habeam, en quidem de hoc ipso, in quo nunc versamur, dicam tempore, de anni noui auspiciis de Calendis Ianuariis, quemadmodum celebratæ illæ ab Ethnicis, quemadmodum celebrandæ nobis: At vero ea breuitate dicam, vt in hac hyemalis cœli duritia & communi festinatione omnium ipse*

*quoque festinasse videar, & ne sponso & nuptialibus mora molesta inijciatur, & haud paulo pauciora produxisse de hoc themate quam potuerim & forte etiam debuerim, Vos ergo auditores præstantißimi, quod Quirites suos olim de hoc ipso argumento tractans rogauit Naso, linguis animisque fauete.*

*Annum suum Romulus decem absoluisse mensibus traditur, quorum primus fuerit Martius: adiecisse hisce duos scribitur Numa Pompilius, Ianuarium & Februarium. Ideo autem illū nuncupasse Ianuarium, quod sicut Ianus Deus istis bifrons erat, & præterita & futura aspiciens, ita mensis hic, tum finis sit anni præteriti, tum principium futuri. Cur autem Martius primus mensis non manserit, cum & ille si primus mansisset, respexisset procul dubio non minus quam Ianuarius, & futurum & præteritum, rationem reddidit olim Ianus ipse fingente Ouid. lib. Fastor. 1. Vbi enim Poeta hic ad ipsius Iani admissus colloquium, quæsisset inter alia:*

Dic age, frigoribus quare nouus incipit annus?
Qui melius per ver incipiendus erat.

Om-

Omnia tunc florent, tunc est noua temporis ætas,
Et noua de grauido palmite gemma tumet.
Tunc tepidum volucres concentibus aëra mulcent.
Ludit & in pratis luxuriatque pecus.
Tunc blandi soles, ignotaque prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe fingit opus.
Tunc patitur cultus ager & renouatur aratro,
Hæc añi nouitas iure vocanda fuit.
----non multis ille moratus. (*Ianus nimirum*)
Contulit in versus sic sua verba duos.
Bruma noui prima est, veterisque nouissima solis:
Principium, capiunt Phœbus & annus idem.

¶ *Ac si dicas cum tempus ipsum, etiam docente philosopho, aliud nihil sit, quam numerus motus cælestis secundum prius & posterius, conuenien-*

*nientissimum fuit, vt secundum eius cursum, anni quoque cursus definiretur. Et cum post brumam sol progrediendi fine facto reflectat sese ad nos ac quasi de nouo cursum suum incipiat, idem anni, quod cursus solaris constitueretur principium.*

*Quando igitur Ianuarius totius anni veluti ianua est, vt quidem & Ianum ipsum à Ianua dictum in lib. de Idololatria Tertullianus testatur, quando Calendæ Ianuariæ vniuersum annum aperiunt, nil mirum equidem, si veteres lætitia ceremoniaque singulari mensem hunc & ipsas maxime Calendas Ianuarias exceperint, honorauerint. Verũ enim vero cum sicut in aliis Ethnicorum institutis, quædam bona, plæraque mala, & hic quædam laudanda quædam vituperanda comperiantur, nos cursim quæso pro temporis huius angustia videamus præcipua, vt laudemus laudanda & quatenus religio vera & syncera permittit ea imitemur, quæ autem tetra sunt & fugienda vitemus & detestemur.*

*Pulchrum & antiquum hoc quod statim in exortu Calendarum istarum lætum faustumq́ annum sibi inter se omnes comprecarentur & quod nihil triste, vel publice vel priuatim eo die*

*die patrarent. Hinc Titius Sabinus apud Tacitum lib. 4. cum iussu Tyberij ipsis Calendis Ianuariis comprahenderetur & traheretur, quantum obducta veste & astrictis faucibus niti poterat, tantum clamitabat*, ſiccine inchoatur annus? Quis dies vacuus pœna, ſi eo tempore quo etiam verbis prophanis abſtineri mos eſt, vincla & laqueus inducuntur? *Hinc & apud Plutarchum, cum ipsis Calendis Ianuariis Marius Licinium quendam de saxo iecisset, maximum hoc multis visum est impendentium malorum præsagium.*

*Hinc & iocus ille Mauij, cum enim is vt scribit quidam Porphyrio, post absorptum patrimonium Calendis Ianuariis, alta voce optasset, vt quinquaginta millia nummorum æris alieni deberet, miratique alij quæsissent, quid hoc sibi vellet, quod tam solenni die optaret sibi incommodum*, Non eſt, *inquit*, quod miremini octingenta enim millia debeo. *Sed omisso ioco, serium hoc, quod alicubi D. Hieronymus scribit, nullum esse toto anno, præter Calendas Ianuarias diem, quo non affecti supplicio è Christianis, vel minimum quingenti numerentur.*

*Pulchrum præterea & antiquum, quod mu-*

*nera tunc Romani vltro citroque mittebant Caricas, palmas & mel, stipem quoque seu pecuniam. Est enim stipis, teste Festo, nummus signatus, vnde pecunia quæ militibus dabatur stipendium & sponsio pecuniarũ stipulatio dicebatur. Vno autem verbo, strenas hæc munera hi ipsi Romani vocabant, quarum strenarum originem Aurelius Symmachus à Tatio vsque Rege in quadam sua ad Theodosium & Arcadium epistola deriuat, vt ego alio loco alioqui tempore, cum in curia nostra senatusque habendi loco, Licentiæ gradum duobus Iurisprudẽtiæ Candidatis tribuerem, fusius demonstraui.*

Sed quid palma sibi rugosaque Carica signant?
Et data sub niueo condita mella cado?
Omen, ait (*apud Nasonem Ianus*) caussa est, vt te sapor ille sequatur
Et peragat cœptum dulcis vt annus iter.

*Et cur inter hæc dulciaria etiam pecunia?*

Vix ego Saturno (*inquit idem Ianus*) quenquam regnãte videbam,
Cuius non animo dulcia lucra forent.

*nem-*

*nempe dulcis etiam pecunia, dulcis odor lucri, imo dulcior multis quam aut mel, aut Syrorum caricæ & palmarum dactyli.*

*Pulchrum quoque & antiquum, quod suam quisque artem quasi auspicabatur illo die & libabat vt loquitur Ouid. qui toties hic citandus nobis, quod vix vllus de Veterum mensibus & adeo de festis profestisque eorum scripsisse videatur plenius.*

Postea mirabar (*inquit is*) cur non sine litibus esset
Prima dies, caussam percipe Ianus ait:
Tempora commisi nascentia rebus agendis,
Totus ab auspicio ne foret annus iners.
Quisque suas artes, ob idem delibat agendo,
Nec plus quam solitum testificatur opus.

*Nimirum non erat hic verus labor, nec durabat per diem illum; sed leuis duntaxat quædam artis & laboris futuri demonstratio, & in sequentem annum professio.*

*Pulchrum insuper & antiquum illud, teste toti-*

*toties iam abs me producto in Fastis suis Naso ne aliisque alibi, quod noua tunc Romanis solebant esse omnia, noua Magistratui de humeris purpura florebat, noui fasces, nouæ sellæ eburneæ præferebantur, vestes nouas candidas populusque patresque induebant.*

Vestibus intactis (*ait Poëta ille noster*)
Tarpeias itur ad arces,
Et populus festo concolor ipse suo est.
Iamq; noui præeunt fasces, noua purpura fulget,
Et noua conspicuum pondera sentit ebur.

*Quid amplius? eodem illo die, qui designati iam antea fuerant Consules, consulatum inibant, & comitati populo frequenti, in Capitolium ascendebant, Iouiq; suo boues candidos cornibusque auratos nulli adhuc vel aratro vel operi rustico admotos immolabant. In templis & proforibus templorum multis quæ suaueolentia succensis. In ipso autem templo Dijs pro Cæsare & Repub. & gratiæ agebantur & vota fiebant, & iusiurandum edebatur, vt & à militibus eodem illo die in castris.*

Porrò

*Porrò autem non vota tantum & sacrificia fiebant in templo, sed & auspicia & auguria ibidem capiebantur de futuris Reipub. & ineuntis anni successibus, & tandem etiam conuiuia in templis & extra templa agitabantur. Alludere ad hæc conuiuia videtur Prudentius dum lib. 5. aduersus Symmachum sic canit:*

Omnibus ante pedes posita est sua cuiq; sordens
Arula, Iano etiam celebri de mense litatur.
Auspiciis epulisq; sacris, quas inueterato
Heu miseri sub honore agunt & gaudia ducunt
Festa Calendarum.

*Neque verò cõuiuia tantum, sed planè omne vbique genus proiectæ & effusæ impietatis, impuritatis atque licentiæ cernere erat.* Diabolicæ pernoctationes, *inquit in suo de Calendis Ianuarijs ad Antiochenos sermone Diuus Chrysostomus*; Et caueæ ludorum & conuiuia atq; conuitia & saltationes nocturnæ & explodendæ Comœdiæ, quouis hoste deterius, ciuitatẽ nostram hodie expugnant. Qui in tabernis hodie fi-

unt ludi, illi etiam meritò me excruciant, quia impietatis intemperantiæque pleni sunt. Impietatis quod qui hæc faciunt, dies obseruant, & auguriis addicuntur, putantq; si nouilunium mensis huius cum voluptate & lætitia transegerint reliquum totum annum sic se transacturos. Intemperantiæ verò, quod cum prima luce fœminæ viriq; pocula implent, & multa cum intemperantia vinum merum hauriunt. Hæc fratres vt ipsi non faciatis, indigna sunt religione nostra, si vel alios facere permittatis siue famuli vestri, siue amici, siue vicini fuerint.

Iam lucernas in foro accendere, *inquit idem S. Doctor*, coronis domos coronare, an non puerilis cuiusdam amentiæ est? Nihil de lucernis in foro Christus, sed bene de luce spirituali animarũ nostrarum. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona; nihil de fertis illis, quibus ædium fores coronantur, sed bene de corona iustitiæ, quam imponet ijs, qui bonorũ operum studio aliorum quoq; animos illuminauerint & inflammauerint.

*Non*

*Non multò aliter Antiquissimus Tertullianus*, Saturnalia, *inquit in lib. de Idololatria*, & Ianuariæ & Brumæ & Matronales frequentantur, munera commeant, strenæ consonant, lusus conuiuiaq; cõstrepunt, lucernæ pro foribus sunt, laurus in postibus, luceant (inquit Christus) opera vestra, at nunc lucent tabernæ & ianuæ nostræ, plures iam inuenies Ethnicorum fores sine lucernis & laureis, quam Christianorum. O melior fides Ethnicorum erga suam sectam, qui nullam solennitatem Christianorum sibi vendicant, timerent enim ne Christiani viderentur, nos ne Ethnici pronunciemur, non veremur?

*Et in Apologetico ad Gentes, cum vrgerent illi, præstandum esse officium solennibus Cæsarum incipiente anno, incipiente mense, (sic enim loquitur de solennibus istis lib. 2 ad vxorem)* grande videlicet, *inquit*, officium focos & choros in publicum educere, vicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu abolefacere, vino lutum cogere, cateruatim cursitare, ad iniurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras. Siccine expri-

mitur publicum gaudium per publicum dedecus? Hæccine ſolennes dies decent, quæ alios dies non decent? An malorum morum licentia pietas erit? An luxuriæ occaſio religio deputabitur?

*Quid D. Ambroſius, vel ideo quoque cum Tertulliano in hoc Iureconſultorum actu meritò nobis citandus, quod vterque & Tertullianus & Ambroſius, non modo Theologus, ſed & Iureconſultus inſignis extiterit.* Eſt mihi, *inquit vir ille ſanctiſſimus & doctiſſimus homilia 17.* aduerſus plæroſq; veſtrum querela nõ modica, de his loquor, qui nobis cum natalem Domini celebrantes, gentilium ſe feriis dederunt, & poſt illud cæleſte conuiuium ſuperſtitionis ſibi prandium pararunt, & qui ante lætificati fuerant ſanctitate, inebriarentur poſtea vanitate; Quomodo poſſunt religioſe Epiphaniam Domini procurare qui tam ſuperſtitioſe Calendas celebrarunt?

*Clarius & acrius S. Maximus Taurinenſis in ſua de Calendis Ianuarÿs increpatione;* An non, *inquit ille*, vana & falſa ſunt, quæ à Dæmonum miniſtris diebus iſtis aguntur? Cum vir virium ſuarum vigore mol-

lito

lito fœminam mentitur, & tanto id ambitu arteq; agit, quasi eũ pœniteat quod vir sit. Nunquid non vniuersa ibi falsa & insana sunt, cum se à Deo formati homines, aut in pecudes, aut in feras, aut in portenta quędam transformant, & adulterina quadam fœditate semetipsos deturpant? An non vanissimi sunt cum se auspicia colligere dicunt, & statum vitæ suæ inanibus indiciis æstimantes per incerta auium ferarumq́; signa ineuntis anni futura rimantur? Cum vtique apud Deum solum sit notitia futurorum, & legalis autoritas ista, ista apertè prohibeat dicens; neq; auspiciis, neq; auguriis intendatis. *Hactenus Maximus.*

*Ad ludos verò istos & transformationes Ethnicorum in feras & in ipsos Deos, vel potius dæmones suos & eiusmodi detestanda portenta quod attinet, nemo ex veteribus inuehi mihi videtur contra Ethnicos vehementius, nemo elegantius quam S. ille Chrysologus Rauennatum ante annos mille Episcopus.* Videndos hodie, *ait is in sermone de Calēdis Ianuarijs,* in Comœdiis videlicet & Tragœdiis suis exhibent nobis Ethnici Deos suos,

sed ea feritate, ea turpitudine, vt faciant non videndos. Et quæ vanitas? qualis dementia, quanta cæcitas fateri Deos & eos ludibriis infamare? Verè sicut ait Apostolus, quia nõ probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum vt iudicent cælo dignos, quos faciunt terra indignos, *sic quidem de his Ianuariis Ethnicorum ludis Chrysologus.*

*Ludi sane erant hi Ianuarij mirabiles & miserabiles. Hinc vt est in supplemento Eutropij apud Paulum Diaconum & apud Vsuardum in Martyrologio, cum sub hoc tempus S. Almachius ex Aegypto Romam venisset & quosdam in ludo gladiatorio misere se cadentes & occidentes vidisset publicè se opposuit, incurrens in eos & alta voce proclamans:* Octaua natalis Christi est, abstinete ab his superstitionibus. *Sed furore gladiatorum interfectus est. Quare hunc gladiatorium ludum circa illud præsertim tempus sustulit tunc Christianus Imperator Honorius, vt citata loca indicant.*

*At verò illud immane prorsus & plus quã barbarum, audituq́; horrendum quod Dietmarus refert lib. 5. sua historia & ex Dietmaro*

*Bozi-*

*Bozius lib. 22. de Ecclesia, Northmannos ac Danos quotannis mense Ianuario sacrificasse Dijs homines nonaginta nouem. Quod ipsum etiam de Lituanis commemorat Martinus Cromerus lib. 15. sua historia. Plura non addo, ne promissa breuitatis oblitus videar.*

*Videtis auditores ex his qua attuli sic satis vt opinor, quemadmodum Calendas Ianuarias celebrarint Ethnici. Videtis etiam sic satis quomodo eas celebrare Christiani debeant. Cauenda enim merito nobis, quacunque sancti Patres tantopere in Ethnicis illis increpant, cauenda superstitio, impietas, impuritas, temulentia, impudentia, petulantia.*

*Et licet haud dubie & fas est lata precari inuicem quotidie, maximè autem primo anni die, gaudere item in Domino & Agapas seu honesta & modesta instruere conuiuia, strenis & apophoretis sese honorare mutuo & excitare animum ad honestos labores, & ad fugam inertis ocij, tum omnibus alijs anni temporibus, tum maximè in principio, vt quanquam primum diem festum & feriatum habeas, eo ipso tamen certa quadam animi destinatione ad alios non festos nec feriatos te prapares. Et licet & fas est modo absit superstitio, tum alias,*

*maximè sub anni noui auspicium nouas vestes, nouos fasces sumere, & multò magis veterem hominem exuere, & nouum qui secundũ Christum est, induere. Et licet & fas est imò verò & decet omnino & expedit plurimum tum alias semper, tum isto tempore inprimis gratias agere Domino Deo, vota facere pro salute publica, priuataq; : iuramento se astringere Deo, principi & reipub. ad id quod cuique pro ratione muneris sui incumbit præstandum sedulo.*

*Sed indecens ac nefas est, vanis & falsis honorem Diis habere, seu Ianus ille sit, seu Iupiter, seu quiuis Diabolorum alius, sed indecens ac nefas est vel ipsum verum Deum, vanis ac falsis interpellare votis & desideriis. stultis enim precationibus, non minus quam stultis promissionibus irritatur ille & offenditur: sed indecens quoque & nefas est, auguriis vti & auspiciis. Quicquid enim nec ex natura, nec ex scriptura nec ex authoritate existit Ecclesiæ, vitiosum ac superstitiosum est: sed indecens itidem & nefas est, ea admittere, quæ bestiis vel ipsis quoque dæmonibus similiores nos quam hominibus efficiunt, vt sunt ingurgitationes indecoræ ac noxiæ, Cereris Bacchique intemperie, transformationes belluinæ & diabolicæ discursa-*

*cursationes & vociferationes Cyclopicæ, vanitates deniq; aliæ, ineptiæ atque insaniæ.*

*Coronis orationis huius hæc sit (abrumpo enim alia quæ voluissem & forte etiam debuissem prosequi) abrumpo inquam ne faciam prolixitate mea contra quam decet iam & fas est, Consultius nihil esse & ad salutem nostram accommodatius, quam si sequamur diuinum illum in supracitato sermone Chrysostomum,* Vbi annum expletum videris *(inquit ille)* gratias age Domino, quod te ad hanc annorum circuitionem perduxerit, exstimula cor tuum, vitæ tuæ tempus tecum reputa, dies auolant, anni finiuntur, magnam viæ nostræ partem confecimus, ecquid boni fecimus? Iudicium Dei præ foribus est, huius recordemur, ne quis tandem merito nobis possit obijcere, quod à Regio Propheta de Iudæis dictum est, defecerunt in vanitate dies eorum & anni eorum cum festinatione. *Hæc ibi D. Chrysostomus.*

*Quæ cum ita curæ cordique fuerint Candidato nostro, vt viam suam quam cucurrit hactenus, non invtiliter confecerit, adeoque in doctrina ac virtutis studio non parum profece-*

*rit, dignus profectò ille, dignus non solum honestissimis nuptiis, sed & splendidissimo Doctoratus Iuridici titulo, quem ego ei iam iam tribuam, si modo, quæ iuranda sunt iurauerit.* Dixi.

## ORATIO XXI.

# DE ANTIQVITATE AC NOVITATE ET QVANTVM VTRIQVE SIT TRIbuendum.

M*AGNVM & memorabile Eckiorum nomen est*, Serenissime Princeps, Magnifice Rector, cæteriq; cuiuscunque dignitatis & ordinis auditores præstantissimi: *magnum inquam & memorabile Eckiorum nomē est, Ioannis Theologi, & Simonis Thaddæi Iurisconsulti; illius in hac alma vniuersitate Procancellarij, huius in suprema Ducum Bauariæ, Curia Cancellarij: Illius in docendo scribendoque pro vera & syncera religione in Ecclesia Catholica Doctoris celeberrimi, huius in dicendo agendoque pro æquitate & iustitia in Repub. Bauarica antistitis & astitis vigilantissimi, constantissimi, laudatissimi.*

*His*

*His tantis viris, quos merito par fratrum aureum nuncupaueris consanguinitate propinquus cum sit hic Candidatus noster candidißimus & dignißimus Dominus Ioannes VVagnerus Eckius Sereniß mo Principi nostro VVilhelmo in eadem illa qua Simon Eckius floruit curia, à Consiliis, cum propinquitatem hanc honestißimis & pulcherrimis, tum virtutum tum doctrinæ ornamentis comprobet, cum egregia quadam æmulatione, tum Zelum Ioannis Eckij erga religionem Catholicam, tum amorem & studium Simonis Eckij erga almam Themidem erga Ius & iustitiam luculenter repræsentet, quis eum non & sua ipsius & suorum quoque caussa vehementer amandum, ornandum, amplificandum iudicet?*

*Ego equidem hac in re parentem meum piæ memoriæ VVolfgangum Hungerum Iureconsultum libenter imitabor, Is dum hic clarißimorum & celeberrimorum Iureconsultorum Doctoris Fabij de Arcade Romani, postea ex hac Vniuersitate maximo stipendio in Conymbricensem Lusitaniæ Vniuersitatē conducti & Doctoris Vigilij Zvvichemi aurei deinde velleris Cancellarij & in supremo Belgij consilio Præsidis amplißimi & denique Doctoris Nicola*

*lai senioris vltra annos quadraginta hic Canonum Professoris meritißimi collega esset; ad nuptias Simonis Eckij duos quos tunc in publica Institutionum lectione auditores non infrequentes nec indiligentes habebat, Generosißimos Principes, Albertum Boioarium qui postea rerum potitus est & Vdalricum Megapolitanum qui etiamnum hodie ni fallor gubernat, inuitauit oratione non indiserta quam inter eius aduersaria reperi, facileque impetrauit, qua ipse apud illos Principes, & qua inprimis vterque Eckius pollebat gratia, vt Illustrißima sua præsentia connubiale illud festum ambo condecorarent & concelebrarent lubentißimi & lætißimi.*

*Sic nempe ego horum pronepoti Eckiorum Candidato huic nostro VVagnero Eckio nō grauatim quoq; hodie veluti Paranymphus & pronubus quidā esse volo, vt pulcherrima & optatißima spōsa Doctorea videlicet in vtroq; Iure dignitas, in hoc præstantißimorum hominum, præsertim Serenißimi Principis Alberti, illius quem modo dixi Alberti ter maximi nepotis lectißimi & ad omnia quoque nati maxima consessu splendidißimo despondeatur solenniter, tradaturque propria atque perpetua.*

*Ora-*

*Orationem vero etsi disertam ego praestare non possum, apertam tamen promitto, quam iuniores propter quos potissimum in huiusmodi congressibus verba è superiore loco fieri assolent, sine difficultate omni, cum vtilitate aliqua percipiant. Et quidem cum dictum sit nuper abs me de noui anni auspiciis, quomodo ea celebrata Ethnicis quomodo celebranda Christianis, cum abs me ostensum sit, quid mos antiquitatis tulerit quid mos nouitatis vel posteritatis, & cum nunc quoque de rebus nostris & de rebus parentum nostrorum commeminerim & commemorauerim, cum denique nihil fere frequentius in ore versetur omnium, quam antiquitas, quam nouitas, breuissime explicare statui, quantum antiquitati quantum nouitati tribuendum sit, & si in fidei dogmatibus mutatio nulla admittenda, num similiter in legibus institutisque rerum agendarum nihil antiquare nihil nouare liceat. Exigui temporis attentionem si mihi auditores nobilissimi & praestantissimi concesseritis, rem omnem sine vlla vt spero molestia nostra conficiam.*

*Est sane antiquitatis authoritas maxima, & Deus ipse, vt Clemens Alexandrinus in Paedagogo scribit, quia omnium antiquissimus, vel*

*ideo*

*ideo etiam honorandus præ omnibus. Sic quoque vinum vetus & nummos veteres laudat non solum Comicus, sed vniuersum genus mortalium. Nec sine caussa Ennius,*

Legibus antiquis stat res Romana virisque.

*Contra autem periculosa, suspecta & odiosa in rebus pene omnibus est nouitas. Hinc apud Locrenses solenne illud, vt de lege noua sciscenda nemo auderet agere, nisi collo prius in laqueum inserto, vt si non certa aut euidens esset nouitatis illius vtilitas, temeritatis suæ dignum certumque is expectaret supplicium.*

*Verum enim vero vt in rebus aliis, ita & hic tum quod nimis tum quod minus vitiosum est. Ecquid enim? Si antiquitatis per omnia standum iudicio admittendumque nihil quod antiquum non sit, cur quæso in multis antiqui ipsi ab antiquitate sibi discedendum putarunt? Diu olim sub dio veteres germani vixerunt, diu plaustris pro tectis & lectis vsi sunt. Quis vero ædificiorum authores deinde reprahendendos existimarit? cibo simplici, pomis agrestibus, lacte concreto, pulte auenaria, carnibus morticinis famem pepulere: Quis hodie Germanorum his contentus est? Fortissimi illorum*

*lorum quique mulierculis aut infirmis re famil-liari commissa si Iulio Cæsari, si Cornelio Tacito aliisque de veterum Germanorum moribus fidem habemus, rapinis inseruierunt, pigrum ac iners esse existimantes, sudore parare, quod sanguine posset acquiri. Quis autem hæc mutata esse doleat? Nihil illi nec publice nec priuatim nisi armati agebant, de pace, de bello, de rebus necessarijs alijs: plerunq; in conuiuiis cõsultabant, summum amicitiæ argumentum id esse rebantur, si in symposiis sese mutuo complexi, venas in fronte scinderent, fluentemque sanguinem in poculo miscentes biberent. Quis ista non vituperanda potius quam imitanda censeat?*

*In Spartana repub. furto obsonia parare & iuris & moris erat iuuenibus. Hodie qui id facerent, an impune facerent, an non tandem literæ longæ fierent? Locrensium lege ei mulcta constituta erat, qui noua audire cuperet, quot hodie exhaurirentur loculi, si lex ista etiamnum vigeret & stringeret? Gallorum leges eos qui pinguiores essent ventreque prominenti Zonæ mensuram præscriptam excederent, puniendos decreuere. Quis ventricosus quantumuis optimus hanc legem non vt*

*pessi-*

*peßimam execraretur? Lex Persarum fuit ne se Rex cubitum conferret, nisi ad lectuli caput quinque millia auri talenta, tria millia ad pedes posita haberet. Quot obsecro per vniuersum orbem regibus & Dynarchis hodie vigilandum foret, si lex illa locum haberet? Apud Aegyptios felem necare, apud Thessalos ciconias occidere, in Britannia miluum perimere, in India pauones interficere capitale erat, quam multi hodie afficiendi supplicio, leges istæ si ligarent?*

*Et vt mißis exteris ad Germanos redeamus. Quam absurda, quã iniqua in priscis illorum legibus multa? Primus Rex & quasi parens Germanorum Tuisco de religione legem tulit, ne qua templa aut aræ extruerentur. De matrimonio eidem placuit, vt recens nati liberi scutis impositi in Rhenum conijcerentur, & qui vndarum vim euitassent legitimi, qui ad fundum demergerentur spurij iudicarentur, matresque eorum tanquam adulteræ punirentur. De bonis & facultatibus idem sanxit, ne quis proprium haberet, sed singuli tantum certo anni tempore, à præfectis acciperent, quantum familiæ alendæ sufficeret. Plures ineptæ atque ridiculæ Longobardorum,*

*Fran-*

*Francorum & aliorum extitere leges, quas prudens & elegans non sine iustißimis caussis sustulit & antiquauit posteritas.*

*Vetus & vulgatum illud est*, Ex malis moribus bonæ leges natæ sunt, *prout mutantur, pro vt deprauantur & corrũpuntur mores, pro vt se dant vitia ita leges quoque nouas condere necessum est. Memorat de quodam Lucio Neratio homine petulante & improbo Gellius, quod oblectationis caussa obuiis quibusq; colaphos inflixerit, secutus vero eum sit seruus suus crumenam plenam portans pecuniis, vt secundum duodecim tabularum leges asses viginti quinque ijs numeraret, qui ita percußi fuissent. Occurrerunt huic petulantiæ Prætores, legem sustulerunt, & in iniuriis æstimandis recuperatores se daturos edixerunt.*

*Nulla de parricidij pœna in Solonis legibus, quas Romani amplexi sunt, extabat mentio, propterea quod non putaretur vllus tam impius, tamq; nefarius futurus qui lucem ei vellet eripere, à quo in lucem ipse editus esset. At cum Opius patrem suum occidisset, matrem suam Malleolus, lex lata est vt parricidæ in culeum insuerentur atque in profluentem deiecti per summum dedecus vitam amitterent.*

*Homicidia olim Germani equorum mulcta puniebant, nec in fures seuerius animaduertebant, siue quod solertiam in eis probandam, siue etiam quod egestatem atque inopiam excusandam putarent. Verum cum ex ista lenitate nimia nimis multi grassarentur, maior q́ indies furum natio efficeretur, lex ab Imperatoribus lata est, qua laqueo istis gulam frangeret. Legum eiusmodi nouarum exempla passim se offerunt innumera, quæ ego sciens prudensque breuitatis caussa prætereo.*

*Illud nunc ostendisse sat sit, neque nouitati indiscriminatim deroganda esse omnia, neque vetustati indiscriminatim tribuenda omnia, sed potius vtramque suo admittendam gradu suoq́ ordine. Alioquin vt rem istam paulò magis illustremus, si noui nihil recipiendum, nihil probandum, quid quæso de mundo ipso dicemus? vt pulcherrimè in sua contra Symmachum Apologia ad Valentinianum Imperatorem scribit D. Ambrosius. An non in eo quoque paulatim in melius omnia profecerunt? Confuso indigesti operis horrore primum totus mundus caligabat, postea distincto cæli maris, terrarumq́ discrimine rerum formas, quibus speciosissimus videbatur accepit. Dies in exordio non*

*non refulgebat, sed processu temporis incremento luminis micare, caloris exæstuare cœpit.* Dicant nunc isti, *inquit S. hic Doctor*, omnia in suis manere principiis debuisse, & mundum tenebris obductũ, quia splendore solis illuxerit displicere sibi, repræhendant etiam messem, quia sera fœcunditas est; reprehendant vindemiam, quia in occasu anni est; repræhendant oliuã, quia postremus fructus est. Messis nostra fides animarum est, Ecclesiæ vindemia gratia meritorum est, quæ ab ortu mundi virebat in sanctis, in postrema ætate sese diffudit in populos, vt animaduerterent omnes non rudibus animis irrepsisse fidem Christi, nulla enim sine aduersario corona victoriæ.

*Hæc D. Ambrosius satis superq́; indicans nõ simpliciter antiquitatem omnem amplectendam, nouitatem omnẽ reyciendam, sunt enim vtrobique & in antiquitate, & in nouitate non pauca admiratione & laudatione dignissima, neque constitui forte ab vllo satis potest, vtra alteri præferenda sit seu belli seu pacis artes ac instrumenta seu ea quæ ad voluptatem, seu ea quæ ad vtilitatẽ externam, inquam, non æternam, pertinent consideres.*

*At si de vera sapientia, de vera pietate agas, vnde æterna voluptas, æterna vtilitas existit, certè cum veritas prior sit falsitate, Ecclesia Dei prior, quam Ecclesia Diaboli, semenq́; bonum prius quam Zizanium, nouitati rectè meritoq́; anteponetur antiquitas; quod & satis innuit D. Ambrosius dum eam quam Symmachus Ethnicus nouam putabat Ecclesiam ipse scribit iam olim ab ortu mundi in sanctis viruisse.*

*Et sane quidem doctrinæ veræ notam esse antiquitatem, doctrinæ verò falsæ nouellitatem, tam clarum est ex scripturis diuinis sanctisq́; Patribus, vt muneri meo abunde me fecisse satis existimaturus sim, vbi vel vnũ duntaxat vel alterum testimonium produxero.* Reuertar, *inquit de præscriptionibus aduersus hæreses antiquus ille & eruditus* TERTVLLIANVS, ad principalitatem veritati, ad posteritatem mendacio deputandam; ex illius parabolæ patrocinio, quæ bonum semen frumenti à Domino seminatum prius constituit, auenarum autem & sterilis fæni adulterium ab inimico Diabolo postea super inducit, ita ex ipso ordine manifestatur, id esse Domini:

mini: cum id verum quod prius sit traditum, id autem extraneum & falsum, quod posterius immissum: *Et cõtra Marcionitas lib. 4.* Ego meum Euangelium dico esse verum, Marcion suum. Quis inter nos determinabit, nisi temporis ratio, ei præscribens authoritatem quod antiquius reperietur, ei præiudicans vitiationem, quod posterius reuinceтur? In quantum enim falsum est corruptio veri, in tantum necesse veritas præcedat falsum. *Et in lib. contra Praxeam:* aduersus omnes hæreses iam præiudicatum est, id esse verum quodcunq; primum, id esse adulterinum quodcunq; posterius. *Hactenus Tertullianus.*

*Consentit perpetua praxis Ecclesiæ. Quoties enim aliqua fidei controuersia ab hæreticis excitata fuit, istud contra eos tanquam veritatis compendium vsurpatum est, vt quid ea de re sensisset antiquitas, diligenter & accuratè inquireretur, perpenderetur, sic finis controuersiis impositus, sic notata ac sepultæ hæreses.*

*Vnum adhuc liceat mihi & antiquitate & doctrina præstantis scriptoris adducere testimonium Vincentij Lirinensis in aureo contra*

*prophanas hæreticorum nouationes opusc*
O Timothee, *inquit D. Paulus*, depositu
custodi, deuitans prophanas vocum n
uitates. Quid est, *inquit Vincentius*, dep
situm custodi? nempe quod tibi credi
est, non quod à te inuentum est: qu
accepisti, non quod excogitasti: rem
ingenij, sed doctrinæ, non vsurpation
priuatæ, sed traditionis publicæ, rem a
te perductam, non à te prolatam, in qu
non author debes esse sed custos, no
institutor sed sectator, non ducens se
sequens. Quod si diuinum munus ido
*Tertiò visus noster fallitur, si perperam numeret, vt si plura tanquam pauciora, & contra si pauciora tanquam plura apprehendat. Sacerdotium aut Doctoratum aut aliam quampiam dignitatem assequeris, illico prouentus magnos & varios, illico honores magnos & varios cogitas, & in hac vna cogitatione totus defixus es: At primo ipsa officij ratio pensanda est, ipsa salus eorum quorum cura ad te in munere tuo spectabit, animo voluenda est, tum demum certam rei rationem inire, tum integrã rei summam deducere licebit & videre quid*

*bit tibi vel expetendum, vel suscipiendum, quid humeri tui ferre queant, quid ferre recusent.*

*Vt verò error hic quartus in quanto discreto accidit (sit in panegyri schola pax & venia verbis scholæ) ita error quintus in quanto continuo committitur, quando videlicet quod exiguum est magnum esse existimamus & contra quod magnum est ut exiguum negligimus, ut cum studiosissimè temporalia sectamur, & ea undequaque dispicimus, sempiterna autem nõ multum curamus vix unquam suspicimus; cum ad virtutes oscitamus, & iacemus pigerrimi, ad vitia verò anhelamus & pronissimi planeq; præcipites ferimur.*

*Hæc verò visus interioris mala quam sint mala quam periculosa & perniciosa, cum nemo nostrum non videat, quis non & illud videt, quanta nobis cura adhibenda sit ut oculos mẽtis nostræ à malis istis immunes habeamus, bonisque Collyrijs inunctos & corroboratos. Ac ut pro ratione celebritatis huius de ipsa Iurisprudentia loquamur, sanè quidem qui hic rectè omnia videre & constituere velit, ei non solum ingenio, iudicio & usu variarum rerum opus est, sed & ipsa æqui boniq; ars non oscitanter*

*ter perdiſcenda, leges & historiæ eorum temporum, quibus leges latæ ſunt, pernoſcendæ penitus & perpendendæ diligenter, vt earũ ipſarum legum vim & rationem plenius & certius percipiat, nec priuilegium pro lege aut factum pro iure accipiat, aut ius cum facto malè miſceat, turpiterq́ confundat.*

*At verò non ſolum hæc adhibenda cautio ſed & pro Iuriſprudentia & pro omni omnino comprahendenda ſcientia duo hæc nobis ſemper proponenda ante oculos, vt in noſtrã proximiq́ noſtri ædificationem, & deniq́ in Dei honorem, cultum & obſequium, omne noſtrum ſtudium, omnes curas & vigilias referamus. Sic illa mentium lux, illa veritas ſempiterna, ille iuſtitiæ fons, totiuſq́ vitæ modus & moderatio Deus, & ſcientiæ incrementa tribuet, & præmia tum temporalia tum ſempiterna. Incrementa inquam ſcientiæ tribuet, nec enim de nihilo eſt quod ait ſapientiſsimus Salomon:* Fili concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi; *præmia quoque tum temporalia tum ſempiterna tribuet, nec enim de nihilo eſt, quod ipſe dixit Chriſtus certiſsimus humani generis Magiſter & Doctor:* Primum quærite regnum Dei

& iustitiam eius, tum hæc omnia adiicientur vobis. *Nempè tam excellens bonum est pietas, siue iustitia, vt nobis veniant omnia bona pariter cum illa & innumerabilis honestas per manus illius, vt in sacris quoque literis sapienter sapiens pronunciat.*

*Quod quidē hodierna luce in Cādidatis nostris non obscure conspicimus; Fuere illi non otiosi cessatores in literarum, in Philosophiæ, in Iurisprudentiæ studio: At interim quoque fuere virtutis, rei omnium pulcherrimæ & præstantissimæ, amatores & cultores non frigidi, scientes quærendam esse primum omnium iustitiam, & eam reliquis præferendam omnibus, etiam scientiæ: scientes cum D. Bernardo ea quæ sæpius forte in his ipsis exedris dicta sunt, & nunquam satis dicentur, scire velle eo fine vt scias, turpem curiositatem esse, id solum vtile atque laudabile esse, velle scire vt ædifices alios; quippe id charitatis esse, vel vt ædificeris; quippe id prudentiæ esse, & eos denique solos non abuti, sed vti ingenio atque scientia qui volunt intelligere vt bene faciant: sic illi hactenus progressi sunt, sic & imposterum, si ex præteritis recte de futuris conijcimus, progressuri videntur, interiori mentis oculo ad Deum*

*&*

*& ad æquitatem semper respicientes, plurisque veritatem & iustitiam & adeo præpotentis Dei gloriam quam omnes mundi huius diuitias omnes honores æstimantes. Merito proinde nobilem hanc quam petunt palmam hodie accipiũt, merito egregiis ornantur titulis ac testimoniis, merito assignantur foro & curiæ, merito vota, gaudia, plausum & congratulationem consequuntur bonorum doctorumque omnium, præsertim eorum quorum sub oculis oculos ipsi suos puro vigentes lumine circumtulere hactenus religione pij, virtute honesti, humanitate faciles atque amabiles omnibus: Amo igitur & ego eos merito & qui nunc ordine primum affinitatis vinculo coniunctum habeo, omnes mihi legalis scientiæ collatione deuinctos habere gestio. Fidem ergo suam solito iureiurando obligent, tum ego munus quoque meum solito ritu eis impartiar.*

Dixi.



## ORATIO XXV.

# LÆTITIÆ COMMVNIS ARGVMENTVM.

SERVATORIS *nostri* Illustris & perquam Magnifice Rector, cæterique nobilitate, doctrina, virtute præstantissimi auditores, *Seruatoris inquam nostri natiuitatem plenam fuisse gaudiorum nemini nostrum dubium aut obscurum est. Conceptionem eius blando alloquio nunciat angelus, nato puerulo cælestis auditur musica, lux subita ostenditur, gaudium magnum annunciatur pastoribus, ad fulgentis stellæ indicium magi lætabundi & gratulabundi accurrunt. Quippe qui seruandis omnibus venerat, etiam vnamquamque gentem earum occasione rerum captabat, quibus illa maxime capiebatur, Iudæos miraculis, magos astrologiæ deditos nouo noui syderis lumine. Et nos hoc ipsum natiuitatis Dominicæ tempus tum aliis rationibus, tum illa mirifice & pulchre admodum conueniente rationibus nostris non parum quoque recreat, dum tam frequentes nobis studiosorum nostrorum promotiones suppeditat. Promoti*

*moti enim sunt his paucis diebus Candidati duo, unus ad liberalium artium & Philosophiæ Magisterium, alter ad eam Iuris utriusque lauream, quæ Doctoratui est proxima: Ad quam nunc mihi promouendus tertius pauloque post & quartus, qui una cum tertio hodie ab inclyto Iureconsultorum Collegio examinatus quoque & approbatus est.*

*O tempus lætum ô dies candido notandus calculo. Hilarare & oblectare nos vult Christus, iuxta annuam repræsentationem nuper nobis natus, & captare ea ratione, quam nos ad dignitatem & utilitatem tum nostram tum scholæ nostræ, tum uniuersæ reip. optare & captare maxime debemus, multi videlicet uti subinde appareant, qui doctrinæ virtutisque suæ freti fiducia pro studiis & laboribus suis dignos petant dignosque ferant honorum gradus & titulos. E quibus est eximius Dominus Lucembergerus Candidatus hic noster qui cum ab ineunte ætate bonis artibus & Philosophiæ, & præsertim Iurisprudentiæ diligentem nauasset operam, iunxissetque eum literarum studiis morum candorem, grauitatem, fidem, modestiam, nihil mirum si unus è multis delectus fuit, qui iam pridem cum nobili & patritio adole-*

*dolescente Hieronymo in Hoff in Italiam præceptor mitteretur, qui postea generosis & Illustribus Dominis Fuggeris perquam Magnifico Rectori nostro fratrique eius pariter, vt morum & studiorum & adeo rerum omnium moderator præficeretur. Laudaturus eum ego verissime iuxta & breuissime, nescio, qui possim laudare verius breuiusque quam si verbis iis vtar quibus in laudem egregij iuuenis Euronij generi sui vsus est olim Ausonius.*

Ore decens, bonus ingenio, facundus & omni
Dexteritate vigens, præcipuusque fide.

*Talis enim ni foret Candidatus noster, in corpore & animo egregius, præcipuusque fide, haud eius fidei credere voluisset Illustris Dominus Iacobus Fuggerus, & ipse olim huius Vniuersitatis Rector Magnificentissimus & laudatissimus hos, quos paulo ante dixi filios suos hæc γνήσια τέκνα hæc verissima & charissima pignora sua. Talis ni foret Candidatus noster, non cum tanta, non modo Præceptorum suorum, sed omnino omnium, qui eum nouerunt, approbatione & congratulatione hoc loci hodie adsisteret. Præstet ergo solita ipse iuramen-*

*ta, tunc ego quoq; quod abs me petijt, sine mora vlla lubens præstabo.* Dixi.

## ORATIO XXVI.

# DE FORMICA EIVSQVE TVM ADMIRATIONE, TVM IMITATIONE.

PASSIENVS, *Eques Romanus*, Illustris & perquam Magnifice Domine Rector, cæterique nobilitate, doctrina, virtute præstantissimi auditores. *Passienus, inquam, Eques Romanus, inprimis eruditus & elegans elegos solebat condere, dignos lectu, dignos auditu. Nec mirum: Municeps enim Propertij insignis illius Poëtæ Elegiaci erat, eumque inter maiores suos numerabat. Is Passienus cum aliquando recitare vellet elegos suos in magna auditorum frequētia, præsenti quoq; excellēti ætatis illius Iureconsulto Prisco Iaboleno, poëtica ad eum vsus Apostrophe, his verbis exorsus est:* Prisce iubes? Iubeo, *dicturum credens Iabolenum: Mox Iabolenus contra quam Passienus, quam quisquam putasset omnium:* Ego verò non iubeo;

iubeo; Cogita, *inquit Plinius secundus hanc sui temporis historiam memorans*, qui tunc oborti risus, qui ioci, quantum Passieno frigoris illa Iaboleni Iureconsulti responsio vel potius deliratio attulerit.

*Similiter & ego auditores, si hodie ex Iureconsultis nostris quærerem, similiter si illi responderent mihi, & quidē iusta ratione, sine vlla prius deliratione, cum ego tam erudito, tam eleganti Poëtæ Passieno cōparandus haud quaq̄ sim, an non rideretis & vos, an non frigerem & ego? Frigerem profecto, imo rigerem, præsertim hoc hyberno tempore, & tacere mallem quam dicere, Nolo igitur quærere ne forte rideatis vos, ne forte frigeam ego, sed ita me geram, vt qui propter prolixitatem nolint, propter breuitatem velint me dicere, & qui varietate delectantur, de crambe bis posita cōquesturi non sint, sed immutatam probaturi amaturique dicendi rationem.*

*De rebus magnis conatus sum fere semper ex hoc loco verba facere, vt si minus ipsa oratio certe ipsius argumentum orationis gratiam & attentionem conciliaret dicenti. Quod secutus sum; an assecutus sim, penes auditores esto iudicium. Nunc vero non de re magna sed de par-*

*ua,*

*ua, imo minima dicere, sed sine ambagibus vllis sine syrmate vllo animus est: Quæ tamen ipsa res quantumuis parua & despicabilis videatur, tum admirationis, tum imitationis plurimum nobis, tum vero laudis gloriæque Candidato nostro non parum afferre poterit in hac solemnitate & festiuitate sua Doctorali. Quid formica minutius, quid exilius? De hac audite, quæso Auditores, paucula quædam, præsertim de ea, quæ illa sibi per annum totum in hos potissimum menses hyemales, quos inter Ianuarius medius ac præcipuus est, colligit & conseruat singulari solertia, diligentia & prouidentia. Admirari libet. De admiratione enim primum, tum de imitatione agemus.*

*Dicat igitur nobis Diuinus Basilius propter excellentiam Magni cognomentum sortitus quid ipse admirabilitatis, Tullianum hoc verbum est, in formicis animaduerterit*, Ex eorū cognitione, quæ sunt, *scribit ille in Epistola quadam*, vltra omnem cogitationem se promouisse iactat Eunomius, Deique se compræhendisse scientiam. Qui igitur talem existentium scientiam assecutum se esse gloriatur, exponat nobis, obsecro (*verba sunt omnia Magni Basilij ex Interprete*)

*te.)* quomodo quod minimum est eo-rum, quæ in lucem prodierunt, sese habeat, & quæ formicæ sit natura; nobis edisserat: An spiritu vel anhelitu vita ipsius contineatur; an corpus habeat ossium distinctione continuatum ac discretum, neruisne ac nodulis iuncturarum roborata sit; an musculorum & glandularum complexu neruorum Natura vndiquaque conseruetur, an è syncipite per dorsales nodos ad caudam vsque medulla protogetur, vtrum ex neruosæ pelliculæ complexione motis membris sit progrediendi facultas, habeat ne hepar; an sub hepate sit flauæ bilis folliculus, vtrum renes habeat & cor, & arterias, & venas, & membranas, & diaphragma, nudane sit prorsus & absque tegmine, vel crinita. Vniusne tantum generis pedibus, an multifariis vtatur: quam diu viuat, & quæ sit illius propagandæ posteritatis ratio, quotuplo fœtu fœcundetur, & quomodo nec pedestres omnes sint formicæ, nec alatæ omnes, sed aliæ humi repant, aliæ verò per aëra volitent?

Dicat itaq; Formicarum nobis naturam,

ram, qui eorum quæ in natura sunt, scientiam cum fastu se prædicat assecutum, atq; ita demum de potentia illa omnem intellectum superante disputet: si verò scientia tua minutissimæ Formicæ naturam nondum assecutus es Eunomi, quomodo incompræhensibilem Dei potentiam imaginatione tua compræhensam esse gloriaris? *Hac celeberrimus ille Philosophus & Theologus Basilius aduersus Eunomium Hæresiarcham in Epist. 168. Ex quibus quis ignorantiam suam multiplicem non fateatur, quis in admirationem summam non rapiatur?*

*Sed audiamus ex prophanis quoque vnum vel alterum Plinium & Plutarchum: statuere enim vix possum, vtrum alteri hac præsertim in re anteferam. Admirandas Formicarum operationes Plinius Maior lib. 11. naturalis historiæ his verbis prosequitur:* Vt apes ita Formicæ communicant laborem, sed illæ cibos faciunt, hæ condunt, & si quis comparet onera earum fateatur nullis portione quam gestant, vires esse maiores. Gerunt autem onera morsu, maiora auersis postremis pedibus moliuntur.

 hume-

humeris obnixæ: & ijs reipub. ratio, memoria, cura: semina arrosa condunt, ne rursus in fruges exeant è terra. Maiora ad introitum diuidunt, madefacta imbre proferunt atq; siccant, operantur & nocte in plenilunio. Eædem interlunio cessant.

Iam in opere ipso qui labor, quæ sedulitas? Et quoniam ex diuerso conuehunt, altera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam quasi nundinis quibusdam; dantur. Quæ tunc earum concursatio? Quam diligens cum obuiis quasi quædam collocutio & percontatio: silices itinere earum attritos videmus, & in opere semitam factam, ne quis dubitet, quálibet in re quid possit quantulacunq; assiduitas, sepeliuntur inter se viuentium solæ præter hominem.

*Quid Plutarchus ille, inquam, quem Muretus vir in omni liberali doctrina magnus, magna quoque cum voluptate mihi ante annos triginta auditus, in sua illa super tertium Taciti librum præfatione laudare satis non potest, & quem omnibus, qui post eum inter Ethnicos scripsere, autoribus præfert.* Formicarum, *inquit*

*inquit is in libello de industria animalium*, apparatus & dispositiones enarrare dignè impossibile est, omnes autem præterire minime decet. Nullum enim ita exiguum habet natura maximarũ & pulcherrimarum rerum spectaculum. Quoniam hic ceu pura quadam in guttula virtutis totius significatio clarissimè relucet. Amicitiæ imago est illa inter ipsas communicatio, fortitudinis simulachrũ, illa in ferendis laboribus alacritas, multa temperantiæ, prudentiæ multa, multa iustitiæ semina hic sunt & argumenta.

*Nimis longum foret, auditores, & promissæ breuitati repugnans, si pergere velim ex Plutarcho, si ex alijs autoribus ostendere admirandam Formicarum naturam & ingenium: Verissimum ego credo esse illud veterum Theologorum axioma, Deum non solum in maximis, verum & in minimis esse maximum, & sæpè in minoribus maiorem quam in maioribus videri.*

*Sunt nimirum terrestrium animalium duę genera, quædam corpore magna, viribus robusta, sensibus perfecta; alia parua, infirma, imperfecta. Et tamen in vtro genere maius sit*

*naturæ artificium, atque illustriora Dei potentiæ ac sapientiæ argumenta, difficile est iudicatu. Est in maioribus animalibus vberior & amplior materia, ideoq; tractabilior, & naturæ facultati obsequentior, vel vt Plinij hac de re verbo vtar, sequacior, & ideo etiam minus naturæ vim & ortum facit admirabilem. At in minutis animalibus, quorum exilitas cerni vix potest, tam subtilis & artificiosa singulorum membrorum figuratio, cunctarum partium corporis tam apta digestio, omnium sensuum tam exquisita distinctio, distributio, perfectio, quo inextricabilior, eo mirabilior contemplantibus existit.*

*Habetis Adolescentes de Formicis admirationem, accipite nunc ex ijsdem & imitationem, vt tandem ex admiratione & imitatione Formicarum veniamus ad laudationem Candidati præsentis, adeoq; ad extremum oratiunculæ nostræ. Multa & varia nobis partim miranda, partim imitanda in formicis veniunt, quæ & sacri & prophani authores sæpe multumq; nobis consideranda proponunt. Nihil autem frequentius ac diligentius earum nobis exemplo commendatur quam labor, diligentia & prouidentia.*

*Sic*

*Sic sapientissimus Salomon admiratione istius animalculi percitus & supinam indignatus negligentiam plurimorum mortalium.* Vade ad Formicam (*inquit prouerb. 6.*) ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam. Quæ cum non habeat Ducem nec Præceptorem, nec Principem, parat æstate cibum sibi & congregat in messe, quod comedat in hyeme. Veniet tibi quasi viator egestas, & paupertas sicut vir armatus: si vero impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe fugiet abs te. *Et in eodem lib. cap. 30.* Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sapientiora sapientibus. Formicarum populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi &c. *Quæ duo eius de formicis testimonia, si cohortationem accuratam, fortem & efficacem non continent, si imitandum formicæ exemplum aperte ac diserte, diligenter & vehementer non inculcant, næ ego video nihil, intelligo nihil, ne quod dictu nefas, tot sancti Patres videre nihil, intellexere nihil, qui ista Salomonis verba non tam in formicarum admirationem quam imitationem passim sibi citanda existimarunt. Omitto eos promissæ breuitatis caussa, vtpote innume-*

*ros, duos duntaxat ex iis adduco, Græcum vnum, Latinum alterum.*

*S. Epiphanius in suo physiologo Consali cuiusdam Hispalensis opera non ita pridem edito duo de Formicis pertexuit capitula, decimum septimum, & decimum octauum, quorum prius non melius, non rectius, quam à priore Salomonis loco, se inchoare posse ratus est.*

*D. Augustinus in lib. contra Adimantum Manichæum cap. 44. de priore illo Salomonis loco ex professo disputans, valde eo vrget stimulatque Christianos, vt quemadmodum formica minutulum animal æstate colligit vnde in hyeme pascatur, sic quilibet Christianus in rerum tranquillitate, quam significat æstas, colligat verbũ DEI vt in aduersitate, quæ hyemis nomine designatur, sit vnde spiritualiter viuat: Manichæi enim vel propter hunc quoque de formicis locum, vetus Testamentum tanquam contrarium nouo carpebant & repudiabant. Christus enim, dicebant, prohibet ne simus solliciti in crastinum, & ne thesaurizemus in terras. Contra sollicitudinem istam & thesaurizationem præcipit prouerbiorum Author, formicarum similitudine atque exemplo.*

*Respon-*

*Respondet D. Augustinus, si sensus spiritualis inspiciatur, praecipi nobis à Salomone exemplo laboris corporalis Formicarum, laborem spiritualem, studium & curam salutis aeternae, hoc ipsum vero velle & Christum dum prohibet nos sollicitos esse de crastino & thesaurisare in hoc mundo: Impediunt enim nos haec à cura rerum spiritualium, salutisque aeternae. Quod si sensum literalem spectemus, non negat D. Augustinus etsi tacet, quia videlicet ad spiritualem sensum magis quam ad literalem in huiusmodi locis respiciendum sciebat: Quin & sic pulchre conciliari possint Christi & Salomonis, noui & veteris testamenti sententiae. Nec enim laborem, vigilantiam & prouidentiam damnat Christus, sed nimiam sollicitudinem & immodicum congregandarum opum desiderium; sed nec anxietatem hanc & superfluam cupiditatem probat Salomon, verum inertiam solam & ignauiam, reijcit, quam pariter & Christus & Apostoli eius clare saepius detestati sunt; Quid enim clarius & manifestius verbo illo Paulino,* Qui non laborat non manducet?

*At videamus, quaeso, quemadmodum exaggeret, quemadmodum conetur instillare, imo*

*plane infigere animis nostris exemplum Formicarum Salomon? Labore eas sibi tempestiuo ait prospicere in tempus illud, quod ad laborandum & colligendum cibum, aptum amplius & idoneum non est, & hoc eas facere quamuis Ducem non habeant, qui praeundo eas id doceat exemplo suo; nec praeceptorem, qui istud praecipiat aut pensum operis exigat; nec principem, qui inertes castiget & puniat. An non hac auditores, calcarium habent satis, stimulorum & incitamentorum vim egregiam?*

*Sed contra quid magna hominum pars? ad laborem nati, ratione praediti, aliorum doctrina & exemplis commoniti; Dei & superiorum metu conterriti, commoueri tamen ad laborem & sedulitatem, deterreri ab otio atque socordia plærique non possunt.* O curuæ in terris animæ & cæleſtium inanes, *inquit non male Persius*, *It nigrum campis agmen, laborat Formica tam pronide tam strenue, Et nos cessamus complicatisq; manibus suauiter in utramque aurem dormimus.* Surge ô piger & vade ad formicam & diſce ſapientiam.

*Omnino optimi Iuuenes dum genua virent, dum ingenia vigent, laborandum est, vt habeantur quæ in hyeme & senectute sunt necessaria,*

*ria, & dum æuum præsens degitur, virtutibus iuuandæque tum priuatæ tum publicæ rei incumbendum est, vt habeamus in futuro sæculo, vnde in æternum reficiamur, veniatque tunc messis nostra tanquam fons, vt Salomon loquitur, hoc est, ea cum vbertate, ea cum perennitate, vt nihil nobis vnquam vlla ex parte deficiat.*

*Quod si tam seria oratione marcentes & oscitantes non mouet Salomon Regnator Israëlis parabolis suis, moueat ioco saleque Fabulator ille Phrygius in apologis suis. Afferam Faërni versus, vtinam Ausonij possem, qui omnes Phrygis illius fabellas carmine latino reddidit, at ea per temporis iniuriam ad nos transmittere non potuit,*

Hyberno exponunt dum frumenta humida soli
Formicæ, confecta fame & moribunda cicada
Auxilium rebus supplex orabat egenis:
Hanc formica anus & multo vsu docta rogauit,
Quid rerum æstate egisset: Cumq; illa sonoro

Se membranarum pulſu & crepitantibus alis
Diceret, æſtiuos hominum leniſſe labores:
Formica excipiens, ſi tunc, inquit, cecinisti
Imprudens animi, vacuo nunc corpore ſalta.

*Id volens dictum ſerio cuilibet Adoleſcenti bonæ ſpei, bonæq́ indolis.*

Ætatis dum ver agitur, tum conſule brumæ;
Quod ſi tardus eris, falleris, tranſiet ætas
Et malè mærebis, qui periere dies.

*Admirationis & imitationis in formica cauſas audiſtis præſtantiſſimi & humaniſſimi auditores; audite iam etiam laudationis cauſas in Candidato noſtro. Sciens ille illud non modo Salomonicum, ſed & Horatianum:*

Paruula nam exemplo eſt magni formica laboris.
Ore trahit quodcunq; poteſt, atq; addit aceruo.

*Sciens turpiſſimum eſſe homini ita à natura ſua degenerare, vt à beſtijs virtute ſuperetur; ſciens*

*sciens exemplum diligentiæ, prudentiæ, constantiæ in formicis diuinitus nobis esse propositum, non modo eas sedulo imitatus est, sed multis etiam modis præclarè supergressus. Otium fugit multo magis quam illa in ijs rebus quæ & nobis & alijs magno solent esse & emolumento & ornamento, indefesso studio, tota mente, omni corporis animiq; contentione elaborauit non solum in plenilunio sed in ipso quoq; interlunio, contra quam de formicis scribit Plinius, in opere fuit; perdius & per nox, quantum valetudo, quantum profectiones permisere, incubuit in omnem liberalem eruditionem præsertim autem in Iuris Canonici cognitionem, cuius ille laudes & præstantiam oratione docta & eleganti iam celebrauit. Ab hac sedulitate & assiduitate, nulla eum voluptatum blandimenta, nulla somni quietisq; suauitas, nulla æstatis amœnitas, nulla hyemis asperitas, neque in Italia neque in Germania, neq; Romæ neq; Ingolstadij auocare aut retardare potuere.*

*Ecce igitur Candidate spectatissime:*

Ecce coronatæ portum tetigere carinæ,
Traiectæ syrtes, anchora iacta tibi.

*En iudicium fit hodie honestissimum, non tam ver-*

*verbis quam factis de progressu tuo, en tibi triumphus, en laurea, quam ego iamiam tibi tribuam, si modo ea quae debes non grauatim inuaueris.* Dixi.

## Oratio XXVII.

# DE VERA IVSTITIA, VERAQVE BEATITVDINIS VIA: ET COMPARATIO VETERUM ETHNICORUM, NOUORUMQ; HÆRETICORUM.

*Res rara & notabilis*, Serenissime Princeps, Magnifice Rector, cæteriq; dignitate, nobilitate, doctrina, virtute præstantissimi auditores. *Res inquam rara & notabilis, quod hodierna luce Iuris vtriusque Licentiam septem simul abs me expetunt Candidati. Quoad enim longissimè mens mea respicere potest spacium præteriti temporis, haud equidem meminisse datur, tot vtriusque Iuris, seu Lytas seu Prolytas hic promotos fuisse vna eademq; vice. Anni iam sunt propè quadraginta, cum primum in hanc vniuersitatem veni Rectore Illustrißimo Prin-*

*Principe Gulielmo Scaligero, Domino Veronæ & Vicentiæ, protectore, Iureconsulto eximio Ioanne Baptista VVebero, postea S. Romani Imperij Procancellario. Vidi cum adessem, audiui cum abessem, promoueri hic simul ternos & quaternos, quinos quoq; & senos, septenos verò & octonos nec vidi nec audiui vnquam.*

*Pulcherrima & iucundissima mihi visa est celebritas illa, in qua non ita dudum hoc ipso ex loco, hac ipsa ex cathedra, simul septē Theologiæ Doctores summa omnium cum voluntate & voluptate, approbatione & congratulatione abs me creati & renunciati fuere. Qui non hodie mihi renouaretur & cumularetur istiusmodi iucunditas, quando conspicor laudatissima veluti æmulatione quadam certare Facultatem Iuridicam cum Facultate Theologica, totidemque nunc mihi exhibere insigniendos licentia legali, quot tunc insigniui SS. Theologiæ Doctoratu?*

*Sane mihi tam numerosa Iureconsultorum promotio singulari quodam perfundit animum gaudio. Est enim mihi (vere id affirmare possum) vltra communem cum cæteris etiam proprius erga studia ista legalia eorumq; studiosos affectus dilectusque, quod nimirum præter cognatos*

*gnatos & affines complures, ipse quoque parens meus, & ipse quoque Auus maternus, hic Iure Consultorum munere non sine laude perfuncti sunt, adeoque hunc ipsum, cui nunc ego insideo, dicendi docendique in Iure locum tenuerunt. Quorum etsi non in eadem Facultate seu professione, tamen in eadem voluntate, eodemque bene merendi studio cum sim successor, quid mirum si eorum recordatione afficiar, si eorum amore in Iure Consultorum amorem inducar, si de eorum laude, laudem quoque mihi aliquam captem? Quis enim vt facundissimus ille Rhetor Eumenius in sua pro scholis ædificandis oratione olim dixit, animo est tam abiecto, tam ab omni appetitione laudis alieno, vt nō & quantulamcunque memoriam suorum excitare, & inde aliquid secundæ opininonis sibi adquirere cupiat?*

*Sed hæc gestientis animi non parua lætitia, apertiore aliqua significatione merito declaranda comprobandaque videtur. Qua autem rectius meliusue quam si ad id tribuendum quod doctissimi Domini Candidati paulo ante abs me Iure quodam suo petiuerunt, oratione tam digno consessu non indigna, nec à loco temporeque plane aliena progrediar? Dicendam*

*dum equidem pro ratione muneris mei est aliquid, sed in tanta attentione & exspectatione omnium quidnam potissimum? Dicam auditores præstantissimi quam breuissime de Iustitia, exponamque ea, non quæ in scholis suis Rhetores declamitare assolent, sed quæ ad comparandos veteres ethnicos & nouos hæreticos faciunt, & quæ ostendunt, quomodo & quanam ex caussa vtrique tam grauiter in agnoscenda & constituenda vera Iustitia hallucinati atque prolapsi fuerint.*

*Nimirum vt Socrates contempta tota reliqua tam falsæ religionis superstitione, quam vana & confusa de rerum principiis philosophia, totaque adeo neglecta relictaque Ionica disciplina iuxta suum illud,* Quæ supra nos; nil ad nos, *Pythagoricam & Italicam longo tempore interruptam disciplinam renouauit, & ad summi Boni Felicitatisque humanæ indagationem se totum applicuit; ita Lutherus & alij horum temporum Magistri noui intermortuam quandam, vt ipsi gloriantur de vera iustitia, veraque beatitudinis via, doctrinam restaurasse, & primi post Apostolos dextre explicasse, videri volunt. Expendamus vero nos quæso hic, vtri præclarius rem gesserint ac confece-*

*fecerint, num melius de Ecclesia Dei Lutherus quam de philosophia Socrates, promeritus sit.*

*In vniuersa Socratica philosophia nullum fuit axioma in speciem laudabilius ac verius, quam in virtute summum bonum consistere, & illam propter se expeti debere, & adeo se ipsa beatam esse, nullam mercedem, præter laudem & gloriam expetere, quæ merces si detur, facile ipsam accipere; si non detur non acerbe exigere, suo se ipsam decore sustentare. Hoc ipsum autem quam inscienter, quam imperite, quam parum philosophice? Cum enim virtuti nullum præmium nisi honestatis & laudis proponitur, & consequenter peccato nulla pœna nisi turpitudinis: Quomodo virtutis nomen non inane prorsusque sterile redditur, quomodo ad virtutis iustitiæque studium mens hominis efficaciter incitatur & exacuitur?*

*Quid vero Lutherus? (cuius nomine & Caluinum & omnes, qui cum his faciunt, intelligo) sola & vnica Mediatoris fide, sola Christi iustitia credenti imputata contentus ille nihil ad iustitiam hominis facere virtutes reliquas nullam eas iustitiæ mereri laudem ac mercedem, imperitissime & impiissime asserit, deterior hac in parte vt & in pluribus aliis, quam veteres illi philosophi ethnici.* *Vox*

*Vox est illa Catonis Maioris apud Ciceronem de senectute:* Ego, si sapiens sum, ideo Sapiens sum, quod Naturam ducem tanquam Deum, semper secutus sum. *Magnæ ignorationis, magnæ cæcitatis vox ista Catonis; qui è terra ista mentis oculos attollere non potuit: qui naturam esse corruptam, & peccati esse seminarium nesciuit, qui denique, quod in natura bono supererat (non enim in vniuersum peccato originis bonum omne in ea sublatum & extinctum est) illud tanquam Deum secutus est, cum opus illud Dei esset, à Largitore Deo profectum, non Deus ipse, nec tamen singulare eius opus & adiutorium quo vera virtus veraq; iustitia perficitur, sed commune duntaxat quiddam etiã ijs concessum, quos singulari afflatu, instinctu motuué non dignatur diuinitas. At haud paulo maior est Lutheri non tam imperitia quam malitia, qui licet Christianus sit vel certè esse omnino velit, tamen dona quibus natura sanatur, quibus vera virtus veraque iustitia consummatur, non agnoscit, sed obscurat, sed extenuat & tollit.*

*Illud saltem philosophia præstitit, vt minus mali essent eius sectatores, & virtutem*

*dum colerent, etsi nec rectè nec complete, à vitiis tamen multiplicibus eo modo abstinerent. Hac autem noua Lutheri doctrina de corrupta natura, nullatenus adhuc per gratiam sanata, de fomite in renatis ita adhuc reliquo, vt is veri nominis sit peccatum, ex eoque non imperfecta tantum, sed & immunda sit omnis renatorum iustitia, de nulla cuiusquam vera internaque sed tantum externa & imputatiua bonitate, facit sane vt homines planè sint pessimi vel certe ad iustitia vera studium, vtpote, cuius desperata sit ipsis consecutio tardissimi & negligentissimi.*

*Sed inquit Lutherus cum suis*, calumniam patimur, si virtutem, si iustitiam destruere dicimur: Hoc enim tantum dicimus, piis quidem operibus sedulo incumbendum esse, sed per ea mercedem nullam vel appetendam vel expectandam esse. *An verò hoc non est virtutem & iustitiam tollere, pramium eius & mercedem tollere? An non hoc est cum prophanis philosophari hominibus, & sacrorum rationem minimam ducere?*

*Sic sanè Socratici & Stoici, & alij stolones isto-*

*istorum*: Virtus vtcunque laude sua & honore spolietur, imò etiamsi rapiatur, vexetur, exterminetur; tamen se ipsam multis solatiis oblectat, maximeque suo decore se sustentat. *Longè autem aliter diuino spiritu instructus Apostolus*: Si in hac vita (*inquit ille*) tantum in Christo sperantes sumus, *si videlicet mercedem à* CHRISTO *post hanc vitam non speramus*, miserabiliores sumus omnibus hominibus. *Virtus igitur vt verè & præclare ait lib. 5. Instit. diuin. Lactantius*: Mercedem suam à Deo Iudice accipiet, quam mercedem si tollas, nihil potest in vita hominum tàm inutile, tàm stultum videri, quam virtus.

*Prorsus ergo hæc noua doctrina iustitiam ad stultitiam redigere videtur, cum Carneade illo Academico. Is enim, quia ad alterius vitæ præmia non respiciebat, stultum esse dicebat eum, qui iustus esse in hac vita vellet: Multis enim ei carendum emolumentis, quæ perciperet iniustus: Quid aliud autem cùm Caluino & alijs Lutherus, si sola fides, si sola iustitia imputatiua omnia conficit, & nullam habent rectè facta*

*in altera vita mercedem, sed omnia ex solo amore solaq́ gratitudine facienda sunt, si denique tam sanctus tamque beatus erit latro in cruce quam S. Ioannes Baptista, aut ipsa etiam Deipara Virgo, vt hæc isti apertè scriptitare non erubescunt? An non stultitiæ simile esse videtur, magno Iustitiæ bonorumque operum studio in hac vita torqueri?*

*Videamus disputationem Carneadis*: Iustus, *inquit ille apud Tullium, Augustinum, Lactantium, & quosdam alios*, si equum saucio, aut tabulam naufrago non ademerit, cum in periculo hostium vel naufragij versatur, nonne stultus erit? Pereundum enim ipsi, nisi ita fecerit. Rursus si reperit aliquem qui auricalchum se putat vendere, cum illud aurum sit; aut plumbum, cum argentum sit, tacebitné vt paruo emat, aut indicabit vt magno? stultum plane videtur, malle magno; At hoc iustum est: stultitiæ igitur speciem habet Iustitia. *Sed cur ita Carneades? Quia hanc tantum ille præsentem spectabat vitam, virtutisque præmia, quæ sunt æterna & immortalia, non videbat. Qui autem iustitiæ præmia, Iniustitiæ pœnas post hanc vitam*

*vitam firmiter credit, quacunque huius vitæ bona imo vitam ipsam potius, quam Iustitiam deseret.*

*Quod si apud Lutherum aliosque noui Euangelij Magistros, siue vt ipsi se vocant, Ministros, nulla bonorum operum, sed solius fidei apud* DEVM *habetur ratio, si nulla merces rectè factorum, si vna fiducia & firma de misericordia Dei persuasio sufficit; An non stultum videtur, malle magno quam paruo cælum emere; malle iustum quam iniustum esse?*

*Duplicem constituebat Carneades iustitiam, Ciuilem & naturalem: Ciuilem dicebat esse sapientiam sed non iustitiam: Naturalem, esse Iustitiam sed non sapientiam. Ciuilem, quia eam Magistratus tueretur, colendam aiebat: De naturali, nisi quatenus à ciuili contineretur, minus sollicitus erat. An non & apud Nouatores nostros, quos dixi, vbi sine vlla bonarum actionum conditione, ex sola salutis certitudine persuasioneque Iustitia habetur salus & Iustitia, consequens est, vt non solum vera pietas* DEI *præscripta legibus, sed etiam ea, quam natura & ipsa rectè honesteque viuendi ra-*

*tio dictat, iustitia misere iaceat, soleque leges publicæ* HOMINES *in officio contineant.*

*Quanquam in hoc peior Lutherus, quam Carneades, quod has ipsas quoque leges publicas Lutherus è medio tollere conatus est, hominem Christianum nullis legibus teneri dictitans: Carneades verò contra huiusmodi leges tam aperte nihil molitus est: Rursus quod ista sua Carneades oratorio duntaxat exercitij genere moreque Academico disputauit, cum pridiè pro Iustitia perorasset: Iste autem ista, vt doctrinam cælestem, vt dogmata Euangelica verißima & certißima dilaudat & venditat.*

*Sed pergamus, vt non solum quomodo generatim, sed etiam quomodo speciatim in vera Christianaque doctrina Iustitiæ errauerint Sectarij nostri, perspicere vobis, auditores humanißimi liceat: Sunt enim isti, vt in aliis dogmatibus, ita & in hoc de vera hominis Iustitia in tam varias dissecti sectas, vt planè quemadmodum est in Poëtarum fabulis vna cum Iustitia & veritatem omnem amisisse videantur: Fingunt enim Poë-*

*Poëtæ qui ante natum philosophiæ nomen, pro sapientibus habiti sunt, Iustitiam postquam* SATVRNVS *è regno suo per Iouem filium summo scelere fuisset expulsus, terras deseruisse, & tunc ipsam quoque veritatem secum traxisse, hominibus errorem, ignorantiam, cæcitatem reliquisse, multitudine Deorum statim inuecta sumpto à Ioue & Iunone, alijsque eius sæculi impijs & potentibus hominibus initio.*

*Sic certè varijs hæresum corruptelis ab istis nostro æuo tentata & afflicta cœlestis & verè Astræa Virgo Iustitia, quid mirum si ab istis inimicis suis profugerit, veritatem secum assumpserit, cæcitatem eis, superbiam & peruicaciam reliquerit, vnde tot hæresum portenta quibus hodie orbis* CHRISTIANVS *exagitatur & concutitur, vt illud iam Prophetæ non immeritò vsurpare quis possit:* Iuxta numerum Ciuitatum tuarum facti sunt tibi Dij tui Iuda.

*Porro tantam istorum diuersitatem & peruersitatem vix clarius aut commodius poterimus cognoscere: quam ex Philosophorum de summo bono differentium & dissidentium contentione ac comparatione.* Post varias de summo bono disputationes vna tandem, *inquit M. Tullius de Finibus*, extitit Philosophorum voce digna sententia, quę in virtute & honestate summum bonum posuit: sed hanc sententiam non eodem modo, qui secuti sunt acceperũt. Aristoteles & Theophrastus veterum sententiam proxime assecuti, sic virtuti eiusque actioni supremum locum tribuerunt, vt alia tamen etiam animi & corporis esse bona & ad beatæ vitæ complementum expetenda assererent. Ab hac vero Peripateticorum explicatione sic recessere Stoici, vt virtutem eiusque actionem non summum tantum bonum, sed solum etiam bonum statuerent Cætera præter virtutem seu animi seu corporis bona, nec bona nec expetenda dicerent, sed tantum secundum naturam. Qua tamen ipsa in sententia sic inter se discrepabant hi ipsi Stoici vt Zeno Cit-

Cittieus bona ista præter virtutem, etsi bona non diceret, tamen æstimanda, seligenda, sumenda, & denique commoda diceret. Aristo autem Chius ista pro Adiaphoris siue indifferentibus haberet, non esse res vllas dicens præter virtutem & vitium, inter quas quidque interesset: Quæ deinde opinionum varietas atque dissensio Academicorum sectam peperit, qui nihil in rebus certum & exploratum esse affirmarent, adeo vt non deessent ex ipsis, qui hoc ipsum quoque, nihil esse certum, dicerent incertum.

*Nunc vero quid sectarij nostri? Non multum profecto dissimiliter isti procedunt: Docent isti vno ore omnes, Iustitiam Christianam nihil esse aliud, quam ipsam Christi Iustitiam nobis imputatam, fideque apprahensam. Sed hoc dogma falsum, hoc tanti viri Lutheri placitum non eodem modo placet explicare omnibus; Reliquas enim præter fidem virtutes, tum maxime charitatem, eiusque actiones Philippus Melanchthon huius Socratis alter Plato, & qui eum secuti sunt Lutherani molliores ad iustitiæ Christianæ complementum prorsus accedere debere, affirmarunt.*

*Qui vero rigidi sunt dicti, quos inter principatum sibi vendicat Illyricus tanquam alter Zeno Stoicus, non solùm à iustitia & salutis efficientia, sed ab omni etiam eius complemento ista excluserunt: Idque tamen ipsum etiam aliter alij. Quidam enim ea tantum, vt inefficacia ad apprehendendam iustitiam & salutem excluserunt, imitantes hac in parte Zenonem, qui reliqua præter virtutem bona siue corporis siue animi, commoda quidem & eligenda dicebat, bona tamen nō dicebat: Alij autem ea etiam perniciosa non dubitarunt dicere, illo quoque Aristone Chio Stoicorum rigidissimo, haud paulò rigidiores, qui cætera præter virtutem non tanti quidem, quanti Zeno æstimabat: Attamen indifferentia esse sinebat, pro eodem reputans, siue adesse ea siue abesse contingeret.*

*A quo istorum rigore parum etiam abhorrere videtur Caluinus in libro Institut. tertio, vbi aperte scribit, stante aliqua operum iustitia, fidei iustitiam stare non posse, stante fidei iustitia, vllam operum iustitiam stare non posse, quasi vero fides sine charitate sufficeret, vel sine bonis operibus mortua non esset, contra expressa sacræ Scripturæ testi-*

*testimonia, sed subuerti necessariò.*

*O praclaros verò iustitiæ patronos, ô egregios iustitiæ sacerdotes, qui sub pratextu iustitiæ ita suis istis altercationibus turbant, obscurantque veram iustitiam, nihil vt mirum sit extitisse tandem, proh dolor, nostris temporibus nouos quosdam Academicos seu potius peruersissimos & desperatissimos quosdam atheos, qui in tanta opinionum de vna iustitia varietate & confusione, quasi nihil in toto genere tam verum habeatur, quod non & falsum apparere possit: Illud non formidarunt asserere, in vnaque religione ac secta, retento fundamento, saluari vnumquemque posse. Quam opinionem non tam Academicam esse incertitudinem, quam Atheismum certissimum, nemo est in fide paulò instructior, qui non facillimè intelligat.*

*Videtis auditores, veterum Ethnicorum & nouorum Hæreticorum in doctrina boni Iustique tum consensum tum dissensum, errores, fallacias, impietates multiplices quas clarius alias cum dabitur occasio, detegemus & coarguere poterimus. Nunc qua caussa sit tantorum errorum, tantorum dissidiorum, vno verbo dicamus, finemque dicendi faciamus.*

*Pri-*

*Primum neutri nec ethnici nec hæretici certum secuti sunt ducem, Ethnici Dei verba prorsus ignorarunt, Hæretici Deum loquentem per Ecclesiam aspernati sunt, vtrique proinde diuina destituti authoritate palparunt in meridie, & in hanc profundissimam cæcitatis ac dissensionis ceciderunt foueam.*

*Deinde vtrique parum considerarunt vitam, quæ hanc secutura est alteram. Plerique enim ethnici fore nullam putarunt, propterea nihil mirum, si iustitiam pro stultitia habuerunt: Alij putarunt quidem, vt & nouatores nostri omnes hodie, alioquin enim non iam amplius hæretici, sed plane essent ethnici: At qualis sit vita illa altera, nec hi nec illi satis habuerunt perspectum & cognitum.*

Estote sancti quia ego sanctus sum, *clamat Dominus: Sanctus est Dominus, sancta ciuitas Domini in quam nihil admittetur coinquinatum: Admirabilis ibi innocẽtia, maxima ibi puritas, interna ibi iustitia, magnus ornatus animi, quomodo igitur hic inornata omnia, externa omnia, & mera quædam imputatio? Et si in extremo illo districtoque Iudicio operum ratio tam exacta habebitur, siue ad gloriam siue ad exitium; quomodo hic ea vel indifferentia vel*

*vel inania, vel adeo perniciosa ad iustitiam videri poterunt?*

Discite iustitiam moniti nec temnere
Diuos,

*Inquit summus ille poëta; Discite ô Iuuenes quorum ætas prona est ad casum, lubrica in errores tum fidei tum vitæ, hisce potissimum periculosissimis & exulceratissimis temporibus: Discite quibus ex rebus definierint Iustitiam cælestem antiqui Patres, imo communis omnium Magister Christus ipse, quibus gradibus in cælum ascenderint tot myriades sanctorum, quibus virtutum ornamentis claruerint in vita hac, quibus iam clareant in altera. Discite hæc & pro vt quisque poterit vel in schola vel extra scholam, quæ didicit alios quoque doceat, vt vere vobis curæ cordique fuisse videatur diuina illa Gabrielis Archangeli ad magnum illum Prophetam Danielem sententia:* Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad Iustitiam erudiũt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

*Curæ cordique fuit hæc sententia nostris Dominis Candidatis hactenus, nec dubito quin deinceps quoque futura sit perpetuo. Humanam*

*nam illi & diuinam Iustitiam in Ecclesia didicerunt Catholica, & ita didicerunt feliciter, vt amplissimi Collegij Iuridici suffragationem & approbationem plenissimam promeruerint.*

O fortunati vobis iam mœnia surgunt: *Inquit poëta: O fortunati, inquam ego, vos Candidati doctissimi, lectissimi, vobis iam non tam mœnia quam munia, quam munera pulcherrima surgunt, optatum laboribus vestris fastigium hodie additur foro, curiæ, reipub. non sine magna vestra laude vestri hodie adsignantur & quasi consecrantur labores, vigilastis, sudastis, en messis copiosa in terris, en merces copiosa in Cælis: Qui enim eruditi estis ad iustitiam, si alios quoque ad Iustitiam erudieritis, si Iustitiam cuius duæ præcipuæ sunt partes, pietas & æquitas, diligenter constanterque colueritis, fulgebitis certe & ipsi olim vt splendor firmamenti & quasi stella in perpetuas æternitates, sed vt iam dem vobis quod petistis, date vos mihi fidem, iurate in ea quæ Dominus Notarius vobis prælecturus est: tum ego sine mora præstabo vobis munus & officium meum.*

Dixi.

ORA-

ORATIO XXVIII.

# DE SANITATIS SCIENTIA, QVANTI EA FACIENDA: QVOMODOQVE VTENDVM EA sit homini Christiano.

SALVERE & *fauere vos opto* Optatissimi ornatissimique cuiuscunque dignitatis & ordinis auditores: *saluere enim cum initio cuiusque iubeamus epistola, cur non & initio orationis huius, qua de salute siue sanitate tractatura est, & quidem in solennitate ac celebritate Facultatis eius qua sanitatis scientiam tanquā sibi propriam pollicetur & profitetur? Dicturo autem quid necessarium magis quam eorum, qui audiunt, fauor & beneuolentia? Vtrumque igitur ex animo precor, tum vt recte valeatis, tum vt benigne audiatis: Vtrumque sane mihi iucundissimum, neutrum vero vobis inutile, vtrumque ex praescripto veterum, hoc quidem oratorum, illud vero philosophorum.*

*Nam vt apud Lucianum est in apologia sua de lapsu inter salutandum, tametsi magnus ille*

*ille Pythagoras nihil scriptorum suorum post se relinquere voluerit, quantum tamen ex Ocello Lucano & Archita Tarentino, cæterisque eius discipulis coniectura licet assequi, semper ab ὑγιαίνειν, quod est valere, siue sanũ esse exorsus est, cunctique proinde ipsius professionem doctrinamque secuti, quoties missis inter se literis graue aut serium aliquid scriberent, valere siue sanos esse sese statim ab initio iubebant, propterea videlicet, quod hoc ipsum verbum tam animæ quam corpori quam maxime accommodatum foret, summatimque vniuersa hominis bona complecteretur. Ideoque & triplex ille Triangulus, qui alternatim inter se iunctus quinque linearum figuram constituit, quo veluti symbolo & nota quadam inter se vtebantur, valetudo siue salus ab ipsis appellabatur.*

*Quod quidẽ si ita est, vt quidẽ esse haud difficulter adducor vt credam, animaduertisse nõ male mihi videor, quod nescio an multis vestrum adhuc animaduersum sit, quæ etiamnum hodie tum cunis paruulorum, tum lectisterniis grandiorum, tum ianuis tum rebus aliis insculpitur, inciditur, appingitur figura triangularis in se ipsam ita reducta, vt quinque triangulos efficiat, eam nihil designare aliud, quam illud*

*Pythagoricum, salutis sanitatisq́ signum, votum & suffragium. Nimirum à Pythagoricis descenderunt Druides, veterum Galloru͂ Germanorumq́ philosophi, qui morem secuti Pythagoricum & ipsi eodem illo signo veluti impresso vbiq́ disciplinæ suæ vestigio vsi sunt; Quod eorum symbolum verisimile est, veteres illos Gallos Germanosq́ adhuc quoque ethnicos pedes vocasso Druidum,* Druttenfuß/ *metaphora non planè inepta, si figuram hanc diligentius inspicias, & hanc Druidum tesseram tanquam salutis signum transmisisse ad posteros adeo, vt inter alias nonnullas ethnicas vanitates neque ista adhuc apud Christianos imperitiores exoleuerit.*

*Sed penes vos auditores huius rei sit iudicium; ego ad rem venio. Sanitatem vobis auditores precatus sum; De sanitatis scientia nunc dicam, ostendamq́ breuissimè post illa Candidati nostri doctissima & elegantissima, quanti sanitas, quanti sanitatis scientia facienda sit, quomodo hac ipsa scientia vtendum homini Christiano, ne vel medicinæ credat nimium, vel morbo cedat nimium, sed sese & in medicina adhibenda & in morbo sustinendo gerat, quemadmodum par est.*

*Sanitate sanè, vt ab ipso quoque Domino Candidato nostro iam rectè dictum est, quid quæso rerum humanarum omnium vel vtilius vel iucundius? Nihil profectò, vtpote qua neglecta, vt non male scripsit in opusculo suo de dieta princeps Medicorum Hippocrates, nulla est cæterarum rerum voluptas. Menandri versus in latinum versus sic habet:*

Quam benè valere, melius in vita nihil.

*Aristot. lib. Rhetor. 2. hanc, ait, meritò celebrari solitam sententiam;* Benè valere, præstantissimum hominibus bonum est. *Plutarchus in libello de bona valetudine tuenda; Bonam valetudinem diuinum esse dicit, planeq; blandissimum vitæ humanæ condimentum. Et quid ipsa sacra scriptura, quid Ecclesiasticus noster?* Melior est *(inquit)* pauper sanus, quam diues imbecillis. Melior salus animæ auro & argento, & corpus validum quam census immensus. *Adstipulatur cõmunis omnium experientia, sentiunt idipsum omnes, quicunq; aliquid sentiunt. Ex quo planè sequitur & ipsam sanitatis scientiam, quæ Medicina dicitur, egregiam esse, vtilem esse, maximeq; necessariam.*

*Quam*

*Quam in rem non repetam ea, quæ à doctissimo Domino Candidato nostro non minus ornate quam erudite allata sunt, sed vnam duntaxat aut alteram producam magnorum hominum authoritatem, inde quid alij diuinarum & humanarum scientia clarissimi, vsu & experientia exercitatissimi viri de dignitate & vtilitate huius scientiæ existimauerint facillimum fuerit cuiuis constituere.*

Inter vtilissimas artes, *inquit magnus ille Aurelius Cassiodorus ex persona non tam sui quam & Regis sui Theodorici*, quas ad sustentandam humanæ fragilitatis indigentiam diuina tribuerunt, nulla videtur præstare aliquid simile, quam quod potest auxiliaris Medicina conferre, ipsa enim morbo periclitantibus materna semper gratia adsistit, ipsa contra dolores pro nostra imbecillitate confligit, ibiq; nos nititur subleuare, vbi nullæ diuitiæ nulla dignitas potest subuenire. Caussarum periti palmares habentur, cum magna negotia defenderint singulorum, sed quanto gloriosius est expellere, quod mortẽ videbatur inferre, & salutẽ periclitanti reddere, de qua ille coactus fuerat desperare?

Ars quæ in homine plus inuenit, quã in se ipse cognoscit, periclitantia confirmat, quassata corroborat, & futurorum præscia, amplius intelligit quam videtur, plus credens lectioni quam oculis, vt ab ignorantibus præsagium putetur quod ratio collegerit. Huic peritiæ deesse Iudicem, nonne humanarum rerum obliuio est? Habeant itaq; præsulem ij, quibus nostram committimus sospitatem, sciant se huic reddituros rationem; qui operandam suscipiunt humanam salutem. Obscura hæc est salus, temperies est ex contrariis humoribus constans, vbi quidquid interuenerit, ad infirmitatem protinus adducit. Habeantur itaq; Medici pro incolumitate omnium.

Quos inter, comitiuæ Archiatrorum honore te placet decorare, vt inter salutis Magistros habearis eximius, & omnes tuo iudicio cedant, qui se ambitu mutuæ contentionis excruciant. Visitatio tua sospitas sit ægrotantium, refectio debilium, spes certa fessorum. Quin & palatio nostro te indulge, habeto fiduciã & potestatem ingrediendi. Fas est tibi nos ie-

iuniis

iuniis fatigare: fas est tibi contra nostrum desiderium sentire: fas est tibi in locum beneficij dictare, quod nos ad gaudia salutis excruciet. Talem deniq; tibi in nos esse potestatem cognoscis, qualem nos habere non probamur in alios. *Hæc magnus ille Cassiodorus in formula Comitis Archiatrorum, & ex iudicio suo, & ex mandato potentissimi Regis sui Theodorici. Quid autem ad laudem Medicinæ pulchrius, quid vberius dici scribiué potuisset?*

*Sed audiamus ipsam quoque sacrã scripturam, quam satis audire etiamsi audierimus, nunquam possumus.* Honora Medicũ propter necessitatẽ, *inquit Ecclesiasticus*, eum enim creauit altissimus. *Amplius*: Disciplina Medici exaltabit caput illius, & in conspectu Magnatum collaudabitur: non discedat ille abs te, quia opera eius sunt necessaria. *Quam necessitatem probè intelligens intelligentissimus Salomon, non pauca vt testantur Anastasius Nicenus in varijs quæstionibus, & Georgius Cedrenus in sua historia, scripsisse fertur de rebus medicis, ex quibus qui secuti sunt plurima decerpserint, Calidorum nimirum & frigidorum succorum*

*ordinem: & hæc herba illa herba quantâ mensura sit frigidior aut calidior: & huius animalis hæc particula cui morbo afferat remedium, aliaq́; id genus. Quod sane Salomonis factum non minus quam illud Ecclesiastici dictum liquido ostendit, quam sit humano generi conducibilis, imò quàm necessaria Medicorum disciplina.*

*Sane quidem si vacuam penitus morbis vitam ageremus ad similitudinem temporis illius, quando iam creati nondum Dei gratia exciderāmus, sine dubio nihil opus foret nobis, cur valetudinis tuendæ caussa præsidium vllum quæreremus. Verum quemadmodum in locum hunc veluti in exilium quoddam detrusi propter verba illa:* In sudore vultus tui vesceris pane tuo: *diuturna quadam & assidua in excolenda terra industria agriculturæ artem effecimus: sic vbi iussi sumus vt in terram ex qua sumpti eramus, reuerteremur, etiam morbis subiecti sumus, datumque nobis medicina remedium, quo aduersus morbos pugnaremus.*

*Verum enim vero quomodo medicina adhibenda, quomodo in morbis tum curandis tum ferendis rectè nobis versandum, nihil profecto aptius, nihil doctius, nihil certius, auditores,*

*affer-*

*afferre mihi posse hac de re videor quam quod ante annos mille ducentos in regulis fusius disputatis attulit magnus Basilius.* Neque aspernanda (*inquit ille*) est ars medicinæ, neque rursus omnis in ea spes incolumitatis nostræ ponenda, sed quemadmodum licet agriculturæ vsum acceperimus, frugum prouentum tamen postulamus à DEO, & quamuis gubernatori clauum committamus, Deum tamen vt nos ex alto incolumes deducat, oramus: sic nihilominus cum Medicum adhibemus, neutiquam ab inuocatione, speque diuinæ erga nos bonitatis discedere debemus: nimirum quandocunque à Deo qui vitam nostram benigne sapienterq; moderatur, vapulamus, primum illud petamus vt caussam nobis indicet, cur ita plectamur: tum illud postulemus, vt ab iis quas patimur acerbitatibus liberemur: tum vero vt nobis in tolerando robur & fortitudinem animi largiatur: & vna cum tentatione det exitum atque prouentum: & sic demum Medici opera vtamur.

Restituto vero nobis munere sanita-

tis siue id nobis contingat per vinum o-
leo permistum,quemadmodum curatus
fuit,qui incidit in latrones; siue per ficos
,vti legimus de Ezechia;siue adeo cernen-
tibus nobis per rem aliquam externam;
siue non cernentibus nobis' per occul-
tam Dei operationem; ne ingrati simus
sed laudes, sed gratiarum actiones' ala-
cres læti lubentesque Deo persoluamus.

At quia non mediocre periculum est,
ne à recto animus aberrans vanas quas-
dam opiniones concipiat, quasi ægrota-
tio omnis petitis à medicina remediis
curanda sit: sciendum est *(inquit idem eru-
ditissimus & sanctissimus pater)* non semper
morbos oẽs à natura, aut à vitiosa victus
ratione, aliisue quibusdã sitis in corpore
nostro caussis, vbi vtilem medicorum
artem videmus, exoriri: sed quandoque
illos veluti quędam peccatorum nostro-
rum flagella esse, quibus nihil aliud agi-
tur, quam vt vitam nostram in melius
commutemus. Quem enim Dominus
diligit, castigat; & si nos ipsos iudicare-
mus,non vtique iudicaremur. Dum au-
tem iudicamur, à Domino corripimur,
vt

vt non cum hoc mundo damnemur. tũc sane de medicorum consiliis & auxiliis non est cur perinde simus solliciti: sed illum potius debemus imitari qui dixit, iram DEI portabo quia peccaui ei, nec non vitæ nostræ praua studia corrigere dignosque pœnitentiæ fructus agere, & illorum meminisse verborum Domini: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid deterius tibi contingat.

Quandoque autem aliquis tanquam fortissimus athleta cum Diabolo, ita forte etiam deposcente & prouocante ipso in certamen committitur, vt intoleranda Diaboli iactantia, admirabili seruorum Dei tolerantia retundatur & confundatur: ipsi autem serui Dei apud Deum & homines gloria maiori illustretur, præmiisque maioribus condecorentur, munerentur. Sic grauioribus doloribus permisit Deus sanctum Iob ad dies aliquot, sic intolerabilioribus vsque ad mortem beatum Lazarum.

Quanquam & alia præterea in sanctis viris morborum sit caussa, *inquit idem sanctus Doctor*, veluti in Apostolo: ne e-

nim hominis naturam supergressus putaretur D. Paulus, aut naturaliter aliquid eximium habere præ cæteris (quemadmodum Lycaones putabant, qui ei tanquam Deo cuidam sacrificaturi cum coronis & tauris accedebant) quo facilius intelligi posset, non diuina sed humana natura eum esse præditum, assidua vsque ægrotatione vexabatur: *sic enim D. Basilius, sic multi veteres stimulum illum carnis, quem ter deprecatus est D. Paulus, interpretantur: non quod concupiscentiæ fuerit ardor aliquis, sed quod capitis, vel pedum, vel alius quispiam similis dolor.*

*Etiam in talibus morbis non multum sollicitanda venit ars medica, multo minus ad eam solam confugiendum: huic enim soli vel præcipue confidere adeo semper in morbis omnibus est illicitum, vt Anastasius Nicenus paulo ante abs me citatus, in quæstione 39. ex Hippolyto super Cantica, & ex Eusebio Pamphili aperte scribat, quæ Salomon tradiderat de natura plantarum & animalium, & de curatione morborum omnium, ea regem Ezechiam sustulisse de medio, vel hanc vnam potissimum ob caussam quod ex iis morborum medelas ita præsi-*

*denter*

*denter sumeret populus vt nihili faceret à Deo petere curationes.*

*Multo etiam minus ad nescio quas superstitiones decurrendum est, de quibus optime Nicetas quidam non ille Colossensis cuius libros quinq; thesauri, nec ille Choniates, cuius historiam habemus, sed Serronius ille, cuius in D. Greg. Nazianzenũ scholia extant:* Nihil (*inquit ille super orationem in S. baptisma habitam*) opus est diabolica amuleta, hoc est falsa salutis præsidia (*hoc ipso significans vera quædam esse & ad Diaboli præsertim insidias & præstigias à Deo concessa eiusque Ecclesia*) ad collum suspendere, neque incantationes eas, quæ à vetulis quibusdam mulierculis cum oscitatione aut inhalatione & susurris quibusdam peraguntur, admittere, quibus diabolus à leuioribus & stolidioribus hominibus quodammodo adorari videtur: Quin potius verum antidotum à sanctissima Trinitate petendum est, *sic quidem Serronius,*

*Sunt sane incantationes & adiurationes morborum tales non solum Deo inuisæ iuxta illud Psaltæ regij:* Odisti obseruantes vanitates superuacue, *sed iam olim etiam ita reprehen-*

prahensæ, imo & punita à sagacioribus ingeniis, vt Persarum rex, teste Cyrillo Hierosolymitano in fine suarum catecheseon, Manetem Manichæorum Principem Persico supplicio affecerit, hoc est, excoriauerit; quod amandatis Medicis ipse ad preces quasdam & nescio quas adiurationes conuersus filium eius curare frustra conatus fuisset, & vt Valens Imperator, quemadmodum refert Ammianus Marcellinus, mulierem quandam carminibus quibusdam sanare solitam, necari iusserit; similiter & adolescentem quendam, qui in balneis marmori vtriusque manus digitos alternatim & pectori admouens, vocalesque literas numerans, stomacho sese prodesse arbitrabatur.

Sic ergo sanitas amanda & quærenda, sic ægritudo fugienda, depellenda, vt tamen contra Deum, rectamque rationem nihil peccemus. Immittit idem Deus, vt alias afflictiones, ita & morbos, sed qua est φιλανθρωπεία erga nos, propter tres hosce bonos & rectos fines, nempe vt bonos exerceat, lapsos corrigat, incorrigibiles puniat. Exercet nos Deus, etiamsi forte boni & innoxij simus: caussa, amor eius in nos, non odium, finis, non læsio nostra sed fructus; Firmat vero hoc exercitium, probat & prait:

*prait: Firmat quia ad robur & ad virtutem instituit: Qui enim nauta esse velit, nonne per tempestates docendus erit? Qui miles, nonne per pericula? probat quoque, aliter enim quomodo constare potest cuiquam de firmitudine tua? prait denique, quia bonorum in cladibus, robur & patientia veluti lumen quoddam est tenebroso huic mundo; Vocant ij exemplo suo ad eadem alios, & veluti limitem signant per quem eant. Resides vero & desides impatientia & amentia palam conuincunt & coarguunt: sic enim & M. Tullius in lib. epistolarum 10.* Tu velim, *inquit*, in hac aduersitate animo sapienti fortique sis, vt tua moderatio & grauitas aliorum infamet iniuriam.

*Iam & huiusmodi mala castigant nos, idque dupliciter, siue flagelli loco, cum peccauimus, siue freni, ne peccemus. Vt enim Medici sanguinem interdum prouide emittunt, non quia æger sis, sed ne ægresias: sic Deus per infirmitatem & alias eius generis calamitates quadam nobis adimit, materiam alias & fomitem vitiorum. Quæ autem elui nequeunt, ea non tam castigatio emendat, quam punitio tollit, quæ & ipsa punitio bona est, siue Deum spectes qui eius author est, siue homines, quia eorum socie-*

*tas*

*tas stare non potest, si omnia hic impunè fiant; siue eos ipsos qui peccant, quia sistitur effrenis illorum cursus, ne plura & grauiora mala, sibi aliisque accersant.*

*Quapropter nec turpis nec mala verè ac propriè dici potest inualetudo, sed bona potius & ipsa si bene vtamur, & vtilis nobis, nisi ipsi per imperitiam & malitiam inutilem eam nobis faciamus. Sanctorum hominum in suis languoribus crebraque infirmitate hæ sunt ex Apostolo voces, vti pulchrè memorat S. Hieronymus in vita S. Paullæ*: Quod si is, qui foris est, homo noster corrumpitur, ille qui intus est innouatur: *Rursus*, Quando infirmor, tunc fortior sum.

*Sic enim prorsus existimare debemus, vt sapienter olim D. Greg. Nazianzenus Philagrium quendam mollius & impatientius dolores corporis ferentem admonuit, Nihil aliud esse morbum, quam vtilem quandam institutionem, vt corporea omnia, & quidquid fluxum, turbulentum, interituiq; obnoxium est; aspernantes, totos nos cælesti parti, hoc est animo, cælestique patri, hoc est, supremo illi Medico addicamus, nec præsenti tempori sed futuro viuamus; mortisque meditationem vt Plato ait,*

*hanc*

*hanc vitam existimemus, atque ab hoc siue corpore, siue carcere aut sepulchro, vt idem Plato loquitur, animos nostros, quo ad fieri potest, exsoluamus, sic maximam ipsi vtilitatem percipiemus, sic bonorum & prudentium virorum mœrorem ex morbo nostro conceptum leuabimus, sic multis ad dolores quoque suos sapienter fortiterque ferendos documento erimus; sic, si id quoque curæ nobis est, admirationem nostri concitabimus: sic denique, quod idem Theologus tum hic tum alibi satis clare indicat, & peccati sordes expurgabimus, & maius nobis meritum præmiumque apud supremum illum Iudicem comparabimus.*

*Equidem egregiam vitæ institutionem esse infirmitatem corporis, clarissime quoque Ethnicus ille Plinius ostendit lib. epistolarum 7. ad Maximum. Finiam statim auditores, vbi locum hunc Plinianum absoluero:* Nuper, *inquit Plinius ille secundus,* me amici cuiusdam languor commonuit optimos esse nos dum infirmi sumus. Quem enim infirmum aut auaritia aut libido sollicitat? Non amoribus seruit, non appetit honores, opes negligit, & quantulumcunque relicturus, satis habet, tunc DEOS, tunc

homi-

hominem se esse meminit, Balinea imaginatur & fontes, hæc summa votorum imposterum innoxiam & beatam destinat vitam. Possum ergo quod, *inquit Plinius*, pluribus verbis, pluribus etiam voluminibus docere philosophi conantur, ipse breuiter tibi mihique præcipere, vt tales esse sani perseueremus, quales nos futuros profitemur infirmi.

*Quod legit quoque aliquando, vt arbitror & ponderauit diligentius aliquanto Theodoricus quidam Coloniensis Archiepiscopus prudentia & authoritate inter imperij Electores facile princeps suo tempore, Is enim vt refert super Antonium Panormitanum de dictis factisque Alphonsi Regis Aeneas Syluius, qui inter Romanos Pontifices primus hanc vniuersitatem suo ornauit diplomate. Quærenti aliquando Sigismundo Cæsari, quonam pacto felicitatem posset consequi*, inter mortales, *ait*, frustra eam requiris: *Petenti rursus, ad cælestem illam quo itinere pergeret?* Recta, *inquit: Instanti tertio, quid agens recta vaderet?* Si vitam tuam ita institueris duxerisque *respondit*, vt facturum te promisisti, dum calculus aut alius morbus grauius acriusque te premeret. *Res*

*Res igitur eximia quidem sanitas, bonumque corporis nostri incomparabile, nec tamen ita mala infirmitas, quin eam quoque in bonum liceat conuertere, ex eaque non paucas nec paruas vtilitates capere.*

*Quoniam vero hæc propria Medicorum cura est, hæc eorum Facultas & scientia, vt sanitatem nobis conseruent, restituant, infirmitatem tollant vel leniant, merito hi quoque Domini Candidati nostri iam diu summa diligentia, parique felicitate in medicina versati studio, & nuper vnanimi præceptorum suorum quasi quorundam huius nostri Palladij palatij Archiatrorum clarissimorum probati iudicio, vel propter hoc quoque tam benignum beneficumque ipsorum studium atque officium clari acceptique nobis esse debent omnibus, merito quoque eorum causa Facultas Medica gratulari debet sibi & applaudere, frontem exporrigere, & festum lætumque diem agere, quia ipsa hodie tanquam altera Rebecca post aliquantam sterilitatem, gemellos fœtus peperit, duo noua artis Machaoniæ columina, duo charissima doctrinæ & diligentiæ suæ pignora, non talia quorum vnum Deus dilexerit, alterum odio habuerit, vt de gemellis illis scriptura lo-*

*quitur, sed quorum vtrumque propter virtutem propter eruditionem, propter religionem, propter propensissimam de sanis iuxta & agrotis benè merendi voluntatem; Deus amarit hactenus, & procul dubio deinceps quoque amaturus sit.*

*Ego sane qui pium eorum affectum, pio quoque affectu non immerito prosequor, officij mei partes eis deesse non patiar, quin statim vbi fidem de his, quæ Notarius præleget, mihi dederint, hoc eis veluti* Σωτήριον, *hoc est munus quoddam; non vt erat mos veterum post acquisitam sanitatem, sed post acquisitam sanitatis scientiam tribuam, Licentiam nimirum, qua supremum in hac ipsa sanitatis scientia gradum possint consequi.*

Dixi.



## ORATIO XXIX.

# COMMENDATIO CONSTANTIÆ IN BENE COEPTIS.

PRÆSENTES *Dominos Candidatos*, Magnifice Rector, spectabilis Decane, Reuerendi, nobiles & clarissimi viri, cæterique auditores & spectatores ornatissimi, *præsentes inquam Dominos Candidatos claros charosque nobis fecit iam pridem sacerdotij, virtutis, doctrinæ præstantia. Clariores autem haud paulò charioresque eos facit modo insignis eorum diligentia, constantia, perseuerantia. Magna sanè laus, cœpisse bene; sed maior profectò, bene cœpta cõtinuasse bene, finisse bene: non strigasse non inte*[illegible]*sse, sed recto semper pede rectam tri*[illegible] [illegible]*que gloriæ viam.*

[illegible] *his Candidatis nostris. A*[illegible]
*dudum apud nos Bacca*[illegible]
*adum, quem formatum*
*minus Grunerus Li*[illegible]
*tia, factus vterque pa*[illegible]
*ldus etiam Decanus*
*rque munere semper*

*quitur, sed quorum vtrumque propter virtutem propter eruditionem, propter religionem, propter propensissimam de sanis iuxta & ægrotis benè merendi voluntatem; Deus amarit hactenus, & procul dubio deinceps quoque amaturus sit.*

*Ego sane qui pium eorum affectum, pio quoque affectu non immerito prosequor, officij mei partes eis deesse non patiar, quin statim vbi fidem de his, quæ Notarius præleget, mihi dederint, hoc eis veluti* Σωτήριον, *hoc est munus quoddam; non vt erat mos veterum post acquisitam sanitatem, sed post acquisitam sanitatis scientiam tribuam, Licentiam nimirum, qua supremum in hac ipsa sanitatis scientia gradum possint consequi.*

Dixi.



ORA-

ORATIO XXIX.

# COMMENDATIO CONSTANTIÆ IN BENE COEPTIS.


PRÆSENTES *Dominos Candidatos*, Magnifice Rector, spectabilis Decane, Reuerendi, nobiles & clarissimi viri, cæterique auditores & spectatores ornatissimi, *præsentes inquam Dominos Candidatos claros charosq́ nobis fecit iam pridem sacerdotij, virtutis, doctrinæ præstantia. Clariores autem haud paulò chariores q́ eos facit modo insignis eorum diligentia, constantia, perseuerantia. Magna sanè laus, cœpisse bene; sed maior profectò, bene cœpta cõtinuasse bene, finisse bene: non strigasse non interiunxisse, sed recto semper pede rectam triuisse virtutis solidaq́ gloriæ viam.*

*Debetur hæc laus his Candidatis nostris. Adeptus est vterq́ iam dudum apud nos Baccalaureatus Theologici gradum, quem formatum vocant; potitus etiam Dominus Grunerus Licentia in Canonum scientia, factus vterq́ parochus, Dominus Merboldus etiam Decanus inter parochos: In suo vterq́ munere semper*

*quitur, sed quorum vtrumque propter virtutem propter eruditionem, propter religionem, propter propensissimam de sanis iuxta & aegrotis benè merendi voluntatem, Deus amarit hactenus, & procul dubio deinceps quoque amaturus sit.*

*Ego sane qui pium eorum affectum, pio quoque affectu non immerito prosequor, officij mei partes eis deesse non patiar, quin statim vbi fidem de his, quæ Notarius prælegit, mihi dederint, hoc eis veluti Σωτήριον, hoc est munus quoddam; non vt erat mos veterum post acquisitam sanitatem, sed post acquisitam sanitatis scientiam tribuam, Licentiam nimirum, qua supremum in hac ipsa sanitatis scientia gradum possint consequi.*

Dixi.



ORA-

## Oratio XXIX.

# COMMENDATIO CONSTANTIÆ IN BENE COEPTIS.


PRÆSENTES *Dominos Candidatos*, Magnifice Rector, spectabilis Decane, Reuerendi, nobiles & clarissimi viri, cæterique auditores & spectatores ornatissimi, *præsentes inquam Dominos Candidatos claros charosq́ nobis fecit tam pridem sacerdotij, virtutis, doctrinæ præstantia. Clariores autem haud paulò charioreśq́ eos facit modo insignis eorum diligentia, constantia, perseuerantia. Magna sanè laus, cœpisse bene; sed maior profectò, bene cœpta cõtinuasse bene, finisse bene: non strigasse non interiunxisse, sed recto semper pede rectam triuisse virtutis solidaq́ gloriæ viam.*

*Debetur hæc laus his Candidatis nostris. Adeptus est vterq́ iam dudum apud nos Baccalaureatus Theologici gradum, quem formatum vocant; potitus etiam Dominus Grunerus Licentia in Canonum scientia, factus vterq́ parochus, Dominus Merboldus etiam Decanus inter parochos: In suo vterq́ munere semper*

*quitur, sed quorum vtrumque propter virtutem propter eruditionem, propter religionem, propter propensissimam de sanis iuxta & ægrotis benè merendi voluntatem; Deus amarit hactenus, & procul dubio deinceps quoque amaturus sit.*

*Ego sane qui pium eorum affectum, pio quoque affectu non immerito prosequor, officij mei partes eis deesse non patiar, quin statim vbi fidem de his, quæ Notarius præleget, mihi dederint, hoc eis veluti Σωτήριον, hoc est munus quoddam; non vt erat mos veterum post acquisitam sanitatem, sed post acquisitam sanitatis scientiam tribuam, Licentiam nimirum, qua supremum in hac ipsa sanitatis scientia gradum possint consequi.*

Dixi.



ORATIO XXIX.

# COMMENDATIO CONSTANTIÆ IN BENE COEPTIS.

PRÆSENTES *Dominos Candidatos*, Magnifice Rector, ſpectabilis Decane, Reuerendi, nobiles & clariſſimi viri, cæteriq́ue auditores & ſpectatores ornatiſſimi, *præſentes inquam Dominos Candidatos claros charoſq́ nobis fecit tam pridem ſacerdotij, virtutis, doctrinæ præſtantia. Clariores autem haud paulò charioreſq́ eos facit modo inſignis eorum diligentia, conſtantia, perſeuerantia. Magna ſanè laus, cœpiſſe bene; ſed maior profectò, bene cœpta cõtinuaſſe bene, finiſſe bene: non ſtrigaſſe non interiunxiſſe, ſed recto ſemper pede rectam triuiſſe virtutis ſolidaq́ gloriæ viam.*

*Debetur hæc laus his Candidatis noſtris. Adeptus eſt vterq́ iam dudum apud nos Baccalaureatus Theologici gradum, quem formatum vocant; potitus etiam Dominus Grunerus Licentia in Canonum ſcientia, factus vterq́ parochus, Dominus Merboldus etiam Decanus inter parochos: In ſuo vterq́ munere ſemper*

*quitur, sed quorum vtrumque propter virtutem propter eruditionem, propter religionem, propter propensissimam de sanis iuxta & ægrotis benè merendi voluntatem; Deus amarit hactenus, & procul dubio deinceps quoque amaturus sit.*

*Ego sane qui pium eorum affectum, pio quoque affectu non immerito prosequor, officij mei partes eis deesse non patiar, quin statim vbi fidem de his, quæ Notarius prælegeget, mihi dederint, hoc eis veluti* Σωτήριον, *hoc est munus quoddam; non vt erat mos veterum post acquisitam sanitatem, sed post acquisitam sanitatis scientiam tribuam, Licentiam nimirum, qua supremum in hac ipsa sanitatis scientia gradum possint consequi.*

Dixi.



ORA-

## ORATIO XXIX.

# COMMENDATIO CONSTANTIÆ IN BENE COEPTIS.

PRÆSENTES *Dominos Candidatos*, Magnifice Rector, spectabilis Decane, Reuerendi, nobiles & clarissimi viri, cæterique auditores & spectatores ornatissimi, *præsentes inquam Dominos Candidatos claros charosq́ nobis fecit iam pridem sacerdotij, virtutis, doctrinæ præstantia. Clariores autem haud paulò charioresq́ eos facit modo insignis eorum diligentia, constantia, perseuerantia. Magna sanè laus, cœpisse bene; sed maior profectò, bene cœpta cõtinuasse bene, finisse bene: non strigasse non interiunxisse, sed recto semper pede rectam triuisse virtutis solidaq́ gloriæ viam.*

*Debetur hæc laus his Candidatis nostris. Adeptus est uterq́ iam dudum apud nos Baccalaureatus Theologici gradum, quem formatum vocant; potitus etiam Dominus Grunerus Licentia in Canonum scientia, factus uterq́ parochus; Dominus Merboldus etiam Decanus inter parochos: In suo uterq́ munere semper*

*ſui extitit ſimilis, pietate, modeſtia, diligentia, profectu, vterq́ ſe probatis probauit egregiè. Non obſcura res iſta. Lucem conuerſationis bonæ, prædicationis rectæ eos attuliſſe ei luci, quam eorum virtuti & doctrinæ dederat Vniuerſitas hæc; libenter & luculenter teſtabuntur VVaſſerburgum & Thonaſtauffium non ignobilia nec contemnenda Boioariæ noſtræ municipia, plena illic omnia laude ipſorũ, plena applauſu, approbatione, congratulatione. Quid igitur? Quoniam eam Licentiam odere, fugere ſemper, quâ, vt Comicus ait, omnes reddimur deteriores, quâ, vt Tertullianus loquitur, non voluntati obſequimur diuinæ ſed voluptati humanæ, eo eis iure meritoq́ eam licētiam decreuit ſenatus noſter Theologicus; cuius qui vtuntur ductu, & meliores fiunt ipſi & meliores faciunt alios, cuius titulus atque inſigne virtutis doctrinæq́ publicum eſt præmium, publicum teſtimonium, cuius vis & facultas eximium eſt vtiliſſimæ authoritatis poteſtatiſq́ incrementum atque auctarium.*

*Pergite proinde vos, vt facitis, optimi Candidati, pergite creſcite in bonum veſtrum & Eccleſiæ, in honorem veſtrum & Academiæ huius, in commodum veſtrum & Boioariæ noſtræ,*

*stra, florete, fructificate ut duæ oliuæ fructiferæ, plantatæ in domo Domini secus decursus aquarum, præstate iam iuramentum debitum nobis, præstabo ego confestim ornamentum debitum vobis.* Dixi.

## ORATIO XXX.
## DE PACE.

Q*VOD communibus votis iamdiu omnes exoptauimus*, Magnif. Rector, cuiuscunq; dignitatis & ordinis præstantissimi auditores, *quod, inquam, communibus votis iam diu omnes exoptauimus, ut extinctis grauissimis potentissimorum principum dissidiis, tandem aliquando pax alma illucesceret, iubarque suum aureum diffunderet, id singulari planeque admirabili diuinæ benignitatis munere præter omnem pene spem & expectationem nostram, nos consecutos esse nuperrimè, qui non gauderemus ex animo vehementer, etiam atque etiam, qui non omnibus gestiremus lætitiis? qui non triumpharemus serio non priuatim modo intra domesticos parietes, sed publice quoque in templis, in scholis, in choro, in foro, in theatris, in exedris, in*

*sagis, in togis? En facta tandem sunt utraque vnum; en tandem medius maceria paries disruptus est; en tandem summi illi Reges Hispaniarum & Galliarum pacem inter se optatam quidem semper vnice, vix autem satis speratam vnquam, ad communem totius Christiani orbis salutem libentibus gratantibusque animis iniere, stabiliere, in perpetuum sanxere.*

*O fausta hac, ô diu desiderata noua! qua omnem nouitatis gratiam, quacunque alijs nostris inesse solet nouis, grandissimo interuallo exsuperant. Haud scio quidem ego, quemadmodum pax hac arrideat omnibus. Mira enim & dira reperiuntur, prasertim in nostrorum sectis temporum ingenia: nec desunt fortasse peruersissimi quidam tum regionis, tum religionis turbones, qui inter tales tantosque Monarchas discordiam mallent quam concordiam. At nihil morari nos debent portenta hae: Bonis bonorum eorum amantibus qua pax hac non tam pollicetur quam re ipsa iam praestare incipit, nihil profectò accidere potest optabilius, nihil gratius, nihil iucundius.*

*Me quidem certè ita publicum hoc efficit*

gau-

*gaudium, ita exhilarat atque excitat vt omissis dicendi argumentis alijs omnibus, quæ non pauca suppetebant, hoc vnum potissimum de pace huiusmodi hodierna die mihi pertractandum desumpserim: neque id vel contra temporis, vel contra loci rationem, vti confido. Si enim orator tempori seruire debet, seruiet (ni fallor) satis, si de ea re dixerit, quæ paulò antè summa omnium cum admiratione & congratulatione accidit: si locus spectandus, en pacis artes hic, en Palladis artes hic, quæ Dea cum varias, vt est in fabulis, Dij cæteri arbores sibi legissent olim, quercum supremus Iupiter, myrthum Venus, Apollo laurum, populum excelsam Hercules, oleam ipsa legit sibi, oleam quæ tam apud sacros quam apud prophanos authores perpetuum notissimumq́ pacis symbolum habetur.*

*Porrò si in solennitate philosophica philosophari conuenit, quæ obsecro potest philosophia proferri pulchrior, quam quæ in ipsius commendatione pacis versatur? Agite igitur auditores, videamus philosophiam hanc, pacem laudemus, præsertim eam, quæ nobis nuper concessa est, gratias agamus Deo, à quo*

*tam benignè concessa est, ad mutuam nos pacem ipsi cohortemur, qui pacis artes vel discendo vel docendo tractamus, tandemq; Candidatis nostris, ne in tam diuturno studij philosophici certamine operam & oleum perdidisse videantur, operam cõmodemus nostram, oleamque tribuamus Palladis siue Mineruæ, eam nempe potestatem, vt nostra bona cum pace & suo quodam iure supremum in philosophia honoris gradum feliciter hodie adipiscantur.*

*Pacis nomen siue origine Græcum sit, quod quidam asserere, quidam dubitare non sunt veriti, siue Latinum potius, quod communis sententia comprobat, blandum sane quiddam & suaue, gratum quiddam & iucundum omnibus sonat. Ecquid enim aliud quam consensionem, quam conuenientiam sonat? Hæc autem si malis, in rebus malis, grata est, cur bonis quoque in rebus bonis non arrideat? non chara & accepta sit? Verè & eleganter Cicero:* Et nomen pacis, (*inquit ille*) dulce est, & res ipsa salutaris.

*Philosophiam hac de re consulamus. Quæ in rerum natura constant bona pulchraque om-*

*omnia, pacis ipsius vi ac potestate contineri, docebit illa:* Non videtis (*inquiet illa*) vniuersi huius, Cælorum & eorum quæ in eis sunt, perpetuum ordinem, atq; concordiam, non videtis nunc quidem Solem noctu excedere, dareque locum obscurioribus astris, nunc lunæ permittere, vt ipsa illuminet, nunc vero vicissim sydera locum dare soli neque arbitrari, se quicquam pati aut perdere propter illius potentiam, nunc autem solem medio interdum die tenebris obscurari luna intercedente, cui ipse lumen ministrat: quin etiam sæpe à nubibus eum abscondi, aut aliqua circa flumina & lacus hærente nebula interdum veluti prorsus excludi, interdum infirmum tantum tenuemque radium transmittere?

Ad hæc non videtis (*inquiet illa*) errantes stellas irrequieta in chorea incedere, nunquam tamen sibi inuicem esse impedimento? non videtis elementorum, quæ dicuntur, aëris & terræ, aquæ & ignis æquam per sæcula harmoniam qua quidem cum beneuolentia & mediocritate perdurant salua ipsa saluantque omnem

mundum? an non videtis cælum, cum rato ordine terris lucem, & pluuias impertitur, beneuolentiæ legibus teneri, aërem & terram cum animantibus cunctis partim liberam spirandi facultatem, partim multiplicem alimentorum copiam subministrant, parentum erga liberos amorem imitari? an non videtis, mirabili quadam pace veluti aurea quadam catena cum imis media, cum his summa vinciri & copulari? diuersas quoque ac natura dissidentes formas à longinquo extremoque ambitu ad medium & intimum quasi punctum ad ipsius videlicet Dei maiestatem & potentiam huius pacis lege referri & reuocari?

Hinc nimirum veluti à fonte promanat, quam vel sensu vel ratione percipimus, vtilitas & pulchritudo huius vniuersi, quod si veluti seditione quadam dissolutionem in his quas nominauimus partibus materia effecerit, aut Deus potius ad perterrendos puniendosque improbos connexionis huiusmodi aliquid emouerit; quid iam aliud consequens sit, quam vt horrida rerum facies, summaq; nobis ingruat calamitas. Et

Et hæc quidem sunt communia ex pace hominis bona; descendamus ad ea quæ ei propria sunt. Quis est tam sensus communis expers (*inquit Philosophia*) quin si velit, facilime possit perspicere ea, ipsa quoque inprimis pace niti sustentarique? Præclara sunt & admirabilia quæ in humanis animis insunt bona, quæ cum partim ad cognitionem partim ad actionem referantur; iis sane quæ cognoscendi partes sunt bene inter se conuenientibus purissimum emicat atque efficacissimum intelligentiæ lumen, si qua autem vi vel offensione perturbentur, necesse est & mentis acumen obtundi, & iudicium labefactari, & memoriam minui, ac destrui atque excidere. In ipsis vero vitæ actionibus, si decenti quodam consensu & ordine ipsos animi nostri motus rationi rectæ subiecerimus, quantus in dictis factisque decor quanta pulchritudo elucescet? quod si vero mot isti dominati fuerint, si per discordiam à recto & ab officio discesserint, quid dici? quid fieri potest nisi turbulenter atque vecorditer?

Iam

Iam ad corporis animique munera obeunda bonam valetudinem maxime experi, nemo est qui nesciat: Ea vero inprimis quatuor humorum consensu paceque conseruatur, per eorundem pugnam tumultumque amittitur.

Quid dicemus de externis hominis bonis, quæ saluo iure ac iustitia, quæ sunt humanæ societatis vincula, id est vigente hominum pace & concordia salua quoque sunt vnicuique: sublatis autem hisce vinculis, ad eos deuoluuntur, ad quos minime pertinent.

*Addendum his & illud verissimum & omnium sermone tritum prouerbium*; Concordia res paruæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur?

*Porro autem hominem cum aliis animalibus philosophia conferet, atque ex ipsa hominis natura pacis necessitatem homini probabit; vix enim animal præter hominem reperitur, cui natura ad sui defensionem vel etiam aliorum offensionem arma non dederit; aliis namque cornua, aliis dentes, aliis vngues, aliis rostra aut stimulos hunc in finem dedit; at homini nec cornua, vt boui, nec vngues vt leoni, nec*

*den-*

*dentes vt cani, nec rostra vt auibus, nec stimulos seu aculeos vt apibus. sed nudum eum prorsus & inermem, tanquam animal pacificum à pugna & contentione ex natura sua alienum in hunc mundum introduxit.*

*Neque vero omittet philosophia & alia prædicare bona, quæ mutua beneuolentia & pax secum advehunt, aliaque detestari mala quæ odium comitantur & discordiam. perspicua enim sunt illa, quæ pacem non aliter quam vmbra corpus consequuntur bona, tranquilla ciuitatum libertas, agrorum vbertas, sobolis propagatio, libera & tuta populorum commercia, ingenuarum artium & optimarum disciplinarum cultus, cura & studium.*

*Tam pulchræ autem & tam fortes cum rationes, pacis dignitatem, vtilitatem & necessitatem astruant; quid mirum si eam sapientissimi quique insignibus encomiis ornauerint, celebrauerint, si eam Empedocles philosophus non ignobilis omnium rerum naturalium principium fecerit? Si eam Oratores & Poëtæ bonorum custodem appellauerint, almam altricem hominum, patronam & propagatricem optimarum quarumque & honestissimarum artium, iustitiæ sororem, fundamentum ac radicem*

bo-

*bonorum ciuium, omnis felicitatis seminarium.*

*Non lubet hic insistere, auditores, tum quod temporis angustia non patiatur, tum quod ista externorum & prophanorum sint hominum: illa ponderis momentique plurimum apud nos merito habere debent, quod filius ipse Dei stare illud posse regnum aperte negauit, quod inter se dissidet, quod eos quorum ad pacem voluntas & consilia spectant, non beatos solum sed filios Dei, quod diligenter à sanctis patribus obseruatum est, vocare dignatus est, quod pacis cum ad suos accederet, pacis cum discederet nomen vsurpare consueuit, quod in summam illam & æternam cæli sedem ascendens discipulis suis, quos patrimonij quasi sui hæredes constituit pacem suam tradidit, pacem suam reliquit; quod D. Paulus eum imitatus diligenter nos hortatur, vt quantum in nobis est pacem colamus cum omnibus; quod D. Petrus nos in hæc verba monet,* Qui diligit vitam & vult videre dies bonos, declinet à malo & faciat bonum, inquirat pacem, & persequatur eam.

*Diuinum sane & præstantissimum bonum pax est, cuius proprietates, laudem, excellentiam*

*am nescio si vllus poëtarum omnium breuius & elegantius decantauerit quam hisce hexametris magnus ille vereque prudens Prudentius.*

Pax plenum virtutis opus, pax summa laborum,
Pax belli exacti precium est preciumque pericli,
Sidera pace vigent, consistunt terrea pace:
Nil placitum sine pace Deo non munus ad aram.
Cum cupias offerre, probat, si turbida fratrem.
Mens impacati sub pectoris oderit antro:
Nec si flammiuomis Christi pro nomine martyr.
Ignibus insilias, seruans inamabile votum.
Bile sub obliqua, pretiosam profit Iesu
Impendisse animam: meriti quia clausula pax est.
Non inflata tumet, non inuidet æmula fratri;

Om-

Omnia perpetitur patiens atque omnia credit,
Nunquam læsa dolet, cuncta offensacula donat.
Occasum lucis venia præcurrere gestit
Anxia, ne stabilem linquat sol conscius iram.
Quisque litare Deo mactatis vult holocaustis,
Offerat inprimis pacem, nulla hostia Christo
Dulcior: hoc solo sancta ad donaria vultum
Munere conuertens, liquido oblectatur odore.

*Sed iam de pace in vniuersum satis, nunc de pace illa nuper pacta factaque breuissime quoque videamus. Ac ego quidem, auditores, nullam post hominum memoriam inter Christianos principes pacem sanctam arbitror, quæ amplitudine, dignitate, opportunitate, & ipsa diuturnitatis spe cum hac recte meritoque possit comparari. Respiciamus quoad longissime possumus præteriti temporis spacium, pueritiæ nostræ memoriam repetamus vltimam, nunquã in-*

*inueniemus tanto consensu tam multos, tam potentes principes Christianos, tam multas, tam potentes respub. in vnam conuenisse pacis consensionem, animorum coniunctionem. Et quot enim & quanti sunt primores illi, qui non vel cum Rege Catholicissimo, vel cum Rege Christianissimo faciant, adeoq; vel vna consurgant, vel vna conquiescant? perpauci sunt profectò. His igitur inter se pacatis conciliatisq; duobus orbis Christiani Monarchis maximis, qui non & reliqui principes, qui horum authoritatem voluntatemq; sequuntur, ab omni bellorum intemperie sibi temperabunt, & si quid habent controuersiæ iure potius quàm armis sibi experiundum existimabunt?*

*Constat quam ampla sit hæc pax, iam quænam eius dignitas sit, eorum à quibus est constituta metiendum est dignitate. Quid autem supremo Ecclesiæ Catholicæ Hierarchæ maius & venerabilius? quid sanctissimo Domino nostro, Romano Pontifice, apud Christianos homines dignius atque sublimius? At eius felicissimis auspiciis, eius singulari labore & studio, eius incredibili communis boni amore res hæc tentata adeoq; perfecta est. Quid potentissimis illis duobus Regibus magnificentius, gloriosius,*

*augustius? At hi dum Pijs summi Pontificis cõsilijs ac monitis suum accommodarunt obsequium, pacis huius percussere fœdera.*

*De opportunitate verò pacis huius num quisquam est qui ambigat? Atrox nobis & crudele bellum est, cum bellua illa immanissima Turcarum Tyranno, factitat se hæresis, nõ clam duntaxat, sed & palam, non voce & stylo tantum, sed vi, flamma, ferroq́. Intueamur seu maria, seu terras, quanta vbiq́ malorum ilias, quanta perturbatio atque calamitas? Quid igitur? Si duo hi Reges, uti cœperant hostilibus animis in mutuam perniciem progressi fuissent, an non religionis nostræ sanctissimæ? an non patriæ charissimæ, hostibus occasio hæc fuisset optatissima? multò magis quam hactenus dominandi & sæuiendi, quam vnquam antea. Nunc mala ista magna certè ex parte hæc pacis tranquillitas compressit & compescuit, magisque compescet & comprimet Deo fauente in dies.*

*Quod si de diuturnitatis spe loquamur, quæ obsecro vnquam pax hos inter Reges firma stabilisq́ erit, si hæc non erit? Infirma quidem & instabilis est vita huius conditio, fallaces sunt hominum spes, lubrici votorum euentus. Sed*

*hac*

*hæc ipsa humanarum rerum vicißitudo hanc ipsam quam speramus constantiam, pollicetur nobis. Cum enim hæc ætas nostra grauißimis Principum & populorum discordiis atrocißimisq́; bellis tam diu vexata & quassata fuerit, sperandum sane pro immensa Dei erga miseros misericordia adesse iam tempus illud, quo à turbulentißima calamitosißimorum temporũ agitatione aliquamdiu requiescere dabitur atque respirare. Et sane si cibi, potus, somni, cantus, si rerum omnium non modo tristium & molestarum, sed & iucundißimarum saturitas & fastidium tandem oboritur: cur non & tantos Heroas ad publica commoda natos incommodorum & malorum, quæ crudelis Bellona importat, puderet pigeretq́; tandem?*

*Quid quod hæc pax non temere conflata est, sed per summas & diuinas virtutes conciliata, confirmataq́;? Vicit nimirum temeritatem ratio, contumaciam æquitas, animi elationem mansuetudo, charitas inuidiam & inimicitias & ipsam memoriam inimicitiarum,* Iustitia & pax osculatæ sunt, veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. *Quomodo ergo de pace fundata tam bene non speraremus bene? Quin & valde verisimile est*

*cum sub horum auspicijs Regum Christiani te-trum illum & nefarium Christiani nominis ho-stem terra mariq́; aggressi fuerint, & semel lõ-gius à domo arma promouerint, ac quæ sit eo-rum bellorum dulcedo experti fuerint, in qui-bus & vincere optabile sit ac salutare, & cade-re pium & gloriosum, vehementer priora hæc detestaturos certamina quorum non facile quis dixerit an miserabiliores sint clades, an magis infames, magisq́; lugubres victoriæ.*

*Verè igitur amplissima hac pax verè dignis-sima, opportunissima, & ad diuturnitatem sta-bilitatemq́; quam maxime comparata: vere magnorum nobis caussa gaudiorũ, vtpote quæ felicitatem magnam, gloriam magnam non ipsis modo Regibus sed vniuersæ reipub. Chri-stianæ sit paritura: Meritò igitur & tibi ater-ne Deus à cuius benignitate pax hac profecta est, quantas maximas animus noster capere potest, & habemus & agimus gratias, agnosci-mus & veneramur immensam tuam in popu-lum tuum clementiam. Tu primum inexhau-sta ductus bonitate tua, deinde almæ genitricis tuæ reliquorumq́; Calituum deprecationibus exoratus certam à Christianis tuis pernitiem repulisti, exultantem & insultantem inimico-*

*rum nostrorum audaciam hoc veluti obiecto obice retudisti, repressisti, afflictam rempub. & tam grauibus tamq́ diuturnis dissidijs veluti tabe quadam pene consumptam huius cælestis remedio pacis mirabiliter recreasti & excitasti. Tu hac serenitate vultus tui imminentem plurimorum maximorumq́ malorum horridã tempestatem dissipasti, propulsasti. Tibi laus, honor & gloria, tibi gratiarum actio in sempiterna sæcula.*

*Hæc verò cum ita se habeant ornatiss. & humanissimi auditores, facilè apparet quanto amore & studio omnibus præsertim studiosis colenda pax sit; satis enim multæ, satis magnæ sunt eius rei caussæ, vt vidimus hactenus. At peculiares sunt aliæ in adolescentibus qui studiorum caussa ad Academias veniunt; prætérquam enim quod illi propter ipsam ætatẽ quodam naturæ instinctu ad amicitias contrahendas feruntur, quod societate gaudent, quod cõuictu delectantur, quod amant conuersationẽ etiam artibus similibus ijsdemq́ minime sordidis aut inhonestis, sed liberalibus atque eiuscemodi dediti sunt, quæ si paulo inspiciantur penitius, nihil nisi amicitiam sibi ac concordiam propositam habere videntur. Nihil hic dicam*

*de medicina, de Iurisprudentia, de Theologia, de ipsa Philosophia cuius hodierna hæc est celebritas, quid spectat aliud quam vt eius studiosus tum semetipso tum rebus suis omnibus rectè vtatur, vtile, iucundum, honestum, verumq́; in vnum quasi corpus rectè misceat?*

*Præterea in vna eademq́; Academia, quasi in domo quadam communi studiosi viuunt, in ea præceptores & vitæ & doctrinæ communes habent, in ea complures eadem mensa vtuntur, seria & ludicra inter se tractant. Quid igitur esse posit cur non ad pacem & concordiam præ cæteris sese componant qui studiosorum nomine censeri volunt?*

*Laudem ex pacis laude merentur Candidati nostri, qui in discendo, in dicendo, in agendo rationes pacis summo sibi studio semper persequendas duxere. In discendo quæ pax esse potest ingenuis ingenijs sciendiq́; cupidis? quæ quies aut tranquillitas? si ea quæ vel legunt vel audiunt, non intelligunt? non penetrant? At studio & diligentia sua perfecerunt Candidati nostri, vt intelligerent, vt comprehenderent.*

*In dicendo quæ pax? quæ concordia? si quis vel approbet falsa pro veris, vel improbet vera pro falsis, aut proferat incerta pro certis,* vel

*vel certa pro incertis? Errorem esse quicquid istorum fiat ex philosophia nouerunt Candidati nostri, semperq́ proinde istam siue intellectus & rei, siue cordis & oris discordiam sibi fugiendam censuerunt.*

*In agendo insuper quæ pulchrior harmonia & conuenientia, quam si rationi voluntas, ratio philosophiæ, quæ ad optima semper hortatur, pareat? Et hanc consensionem nisi egregie repræsentassent in omni officij sui ratione Candidati nostri, num consensuros fuisse tam pleno consensu putamus præceptores eorum vt eis hodie in tam celebri, tam splendida atque illustri panegyri supremi in philosophia honores sancirentur, tribuerentur?*

*En igitur vobis lectissimi Domini Candidati quam quæsistis pacis dexteram, en quem petistis Licentiæ gradum, si modo prius ea quæ Notarius petet sancte vos obseruaturos promiseritis.*

Dixi.



## Oratio XXXI.

# DE COMITIIS, CONCILIIS: DE CONVENTIBVS ITEM HÆRETICORVM EORVNdemque successibus.



*I in conuentu hoc Academico*, Magnifice Domine Rector, dignitate, nobilitate, doctrina, virtute præstantissimi auditores, *si inquam in conuentu hoc Academico, de conuentu eo quem Imperij comitia, vel de eo quem Ecclesia synodum conciliumue appellamus, vel simul de vtroque ad vtilitatem studiosæ iuuentutis & ad laudem Candidatorum nostrorum paucula dixero: spero sane me vel à temporis locique huius vel à muneris officijque mei ratione alienum ac dissentaneum nihil esse facturum: In conuentu enim de conuentu dicere num à loco alienum aliquid? de comitiis, vix dum absolutis comitiis dicere num tempori incongruum? de conciliis monere aliquid num à Theologi aut Procancellarij professione functioneque abhorret? Sed hoc vnum forte obstat dicturo, quod*

*ampla nimis & diffusa haec sit materies quae tunc tractanda hic, quando aliud tractandum nihil, non quando iam ab aliis peroratum est, ab aliis porro perorandum. Hem vero auditores ornatissimi, quid si ex tam multis, quae afferri de huiusmodi argumento possunt, ego delibem tantum paucissima, breuiorq́; sim multo quam res ipsa postulare videatur, num solitam in audiendo beneuolentiam denegabitis? non denegabitis, vt spero, imo vel propter ipsam orationis breuitatem, si non propter argumenti iucunditatem & vtilitatem aequas & patientes aures accommodabitis.*

*Feliciter hactenus peracta sunt Imperij comitia plurima & maxima, & hoc ipsum quoque Ratisbonense nuperrimum, non per ipsosmet Imperij principes, sed per eorum duntaxat Legatos & Consiliarios agitatum confectumque egregie. Felicitatis huius quaenam caussa obsecro? quando infelicissima haec tempora tot pernitiosorum dissidiorum, tot inquam haeresum, tot simultatum, tot aemulationum, tot inimicitiarum concussa & quassata fluctibus ad huius tranquillitatis, ad huius felicitatis quasi portum aliquem consequendum, prodesse parum, obesse plurimum queant. Feliciter itidem*

*hactenus Ecclesiæ concilia plurima & maxima celebrata fuere, & hoc ipsum quoque Tridentinum, quod ego his ipsis oculis vidi, non sine magna animi mei voluptate, cum hinc studiorum Theologicorum caussa in Vrbem proficiscerer.*

*Vnde ista quoque felicitas, cum infelicissima hæc tempora tot, vt iam dixi, perturbata modis felicitatem eiusmodi multo magis præpedire quam expedire, multo magis remouere quā promouere posse videantur? Dicam auditores, quid ego de re ista sentiam, penes vos sit iudicium recte ne an secus sentiam. Vnam fere eandemque vtrobique caussam esse censeo, eamque vel præcipuam vel inter præcipuas hanc: Quia Deus Optimus Maximus singulari planeque admirabili prosequitur amore Ecclesiam suam: Ideo nempe Comitiis Imperialibus hic hactenus successus & exitus, quia conseruatum vult Deus diutius Romanum Imperium: ideo vero conseruatum vult diutius Romanum Imperium, quia conseruatam vult diutius Romanam Ecclesiam, eam nimirum quæ per totum diffusa orbem Romano paret Pontifici, vereque proinde catholica dicitur: eadem vero conciliorum, quæ comitiorum hac in parte ratio est. Genera-*

*ralia enim Ecclesiæ Concilia non minus imo multo etiam magis quam generalia Imperij Comitia ad generalem Ecclesiæ vtilitatem & necessitatem pertinent. & hinc igitur conciliis optatus successus & exitus, quia saluberrima in Ecclesia est illorum auctoritas.*

*Aurea profecto sunt illa, aurei illius apud Græcos, Oratoris & Theologi D. Chrysostomi verba, quemadmodum ea nobis interpres reddidit;* Valde, *inquit ille, in homilia super diem festum pentecostes,* valde chara Deo est Ecclesia. propter hanc enim expansum est Cælum, diffusum est mare, extensus est aër, fundata est terra, plantatus est paradisus, miracula innumera facta, propter hanc Prophetæ, propter hanc Apostoli, & quid plura dicam? propter hanc vnigenitus Dei filius homo factus est. *Num quid ergo male ego, auditores optimi, si etiam propter hanc existere dicam felicitatem hanc, quam in tanta temporum istorum perturbatione admiramur, exosculamur, gratamur non modo Imperio Romano, sed ipsi etiam & quidem multo magis Ecclesiæ Romanæ?*

*Est sane adhuc erga Cæsaream Maiestatem haud nulla Imperij ordinum reuerentia & obe-*

*bedientia: est aduersus communem Christiani nominis hostem Turcarum Tyrannum, commune nec leue eorundem odium. Ex quibus fontibus nihil mirum si ad Imperij salutem adhuc rigentur reganturque conuentus Imperiales.*

*Ea hac ipsa reuerentia & obedientia erga communem Dominum, Imperatorem dico, hoc ipsum odium; contra communem hostem, Turcam dico, vnde promanat potissimum, vnde haret adhuc in plerisque tam firmiter, nisi quia Deus tantopere amat Ecclesiam suam, & propter eam, ipsum etiam Imperij statum, nec permittit vt cum alias hæreseon architecti & administri persuadeant absurditates suis asseclis, has quoque persuadeant tam diras & exitiales: per libertatem Euangelicam omni lege Christianos solutos esse, aut si sub legibus viuendum nullum esse regimen pulchrius quam apud Turcas, qui Alcorano, nullum turpius, quam apud Christianos qui iure ciuili & canonico regantur: sic enim ad nobilitatem Germanicam impudentissime & impiissime Lutherus: præterea melius liberiusque Christianos viuere sub Turcis quam sub Imperatore Romano, quin & contra Turcam pugnare aliud esse nihil quam contra Deum pugnare: sic enim idem Lutherus in as-*

*assertionibus articulorum suorum & contra duo mandata Imperatoris: quamuis vbi furor ille ipsius deferbuit modestius aliquanto scripserit postea.*

*Nimirum auditores, quia Deo inprimis curæ est Ecclesia, ideo etiam non paruam is habet rationem Imperij: huius namque & felicitas & infelicitas quadantenus redundare solent in ipsam etiam Ecclesiam. Etsi enim vt scite scribit S. Optatus Mileuitanus Episcopus, respub: non sit in Ecclesia, est tamen Ecclesia in repub. hoc est, vt hunc Optati locum interpretatur eius Scholiastes insignis ille Iure Consultus, & in antiquitate quoque Theologica non male versatus Franciscus Balduinus, licet esse posit respub. sine Ecclesia, vt apud Ethnicos & hæreticos, non tamen Ecclesia potest esse sine repub. sine communitate, sine hominibus. Ex eius igitur communitatis statu ipsa Ecclesia veluti præcipua quædam pars est, & in cuius veluti sinu coalescit, quiescit, crescit, necesse est eam etiam vel boni vel mali, vel commodi vel incommodi non parum persentiscere.*

*Quare vt olim preces fiebant in Iudaica Ecclesia pro regno Dauidis, quemadmodum videre est in Psalmis aliquot, ita postea in Ecclesia Chri-*

*Christiana mos erat solennis pro Imperio orare Romano, primum quia Imperij amplitudinem prodesse ad religionis propagationem Christiani existimabant, vt D. Ambrosius annotauit super Psal.46. Et Eusebius ad finem lib.3. de demonstratione Euangelica, & Prudentius lib.2. contra Symmachum.*

*Deinde quia locum D. Pauli ad Thessalonicenses de apostasia & antichristo, sic fere omnes intelligebant, vt profiterentur Antichristum venturum non esse ante ruinam & dissolutionem Imperij Romani. Sic sane Chrysostomus, sic Oecumenius, sic Theophylactus, sic alij in locum illum Apostoli, sic Hieronymus in epistola ad Algatiam, sic Augustinus lib.2. de ciuit. Dei, sic Lactantius lib. Instit.7.*

*Sic Lactantio antiquior Tertullianus in apologetico ad gentes & in lib. ad Scapulam:* Nominatim & manifeste, *inquit, in apologetico Tertullianus non modo Theologus sed & Iure Consultus, vt olim hoc ipso ex loco demonstraui, eximius,* monet nos Apostolus, vt oremus pro regibus & principibus. Concusso enim Imperio; concussis membris eius vtique & nos in aliquo loco casus inueniemur. Est autem, *inquit ibidem idem*

*Ter-*

*Tertullianus*, & alia maior neceſſitas nobis orandi pro Imperatoribus rebuſque Romanis, quod vim maximam vniuerſo orbi imminentem, ipſamque clauſuram ſæculi, acerbitates horrendas comminātem Romani Imperij commeatu ſcimus retardari. Itaque dum pro Imperatoribus & pro miniſtris eorum oramus pro rerum quiete & mora ipſius finis oramus. *Hæc in apologetico Tertullianus. Ad Scapulam autem & breuius & clarius.* Quam diu ſæculum ſtabit etiam Imperium ſtabit.

*Nec aliud non meo tantum ſed & magnorum ac ſanctorum virorum iudicio, Danielis prophetia cap. XI. prædicens videlicet fore, vt quemadmodum regnum Aſſyriorum à Babyloniis, Babyloniorum à Perſis, Perſarum à Macedonibus, Macedonum à Romanis deſtructum eſt, ita & Romanorum demum ab Antichriſto, ipſe autem denique Antichriſtus à Chriſto deſtruetur. Totum enim Romanum Imperium per Antichriſti præcurſores (quales inprimis hæretici ſunt) paulatim & particulatim detruncabitur & diminuetur, ab ipſo autem Antichriſto tandem penitus euertetur & delebitur.*

Iam

*Iam vero quemadmodum Romani Christianique Imperij comitiis non desunt sua quidem adiumenta ad felicem exitum & tamen præcipua eius fælicitatis causa est charitas illa, qua Deus Ecclesiam suam complectitur, sic certe & Romanæ Catholicæque Ecclesiæ conciliis, quamplurima sunt ad prosperos successus perquam accommodata præsidia: in his ipsis tamen præsidiis charitas Dei erga suam Ecclesiam iure suo primas sibi vendicat: Ex hac ipsa enim charitate Dei illa existunt præsidia, quibus cum destituantur sectarij ipsa quoque charitate Dei eos destitui manifeste colligitur.*

*Et quis igitur istos, auditores, audiat? qui licet multa audeant, non audent tamen polliceri, se vnquam ita conuenturos corporibus vt animis quoque conueniant, hoc est, vt de religione certum aliquem & constantem consensum ineant, apta enim & accommodata ad talem consensum ratione carent, scripturis solis, id est, suo ipsorum de scriptura sensu solo vtuntur & nituntur, atque ideo in ipsa sectarum suarum ratione radix cum semper maneat, causaque dissensionum, qui potest hinc synodica aliqua concordia consensioque progenerari, propagnasci?*

Ce-

*Celebrasse Ecclesiam Romanam concilia complura & quidem feliciter luce meridiana clarius est. Quodnam vero obsecro celebrarunt sectarij nostri? Quodnam celebraturi videntur aliquando? non possunt, non possunt auditores, vt vel maxime velint.*

*O pulchram, ô notabilem præter alias plurimas & hanc Ecclesiæ Catholicæ notam, quod in hac vna salutarium eiusmodi cõuentuum eiusmodi generalium conciliorum vsus & vtilitas maxime apparet, elucet, eminet. Optat quidem Beza lib. de synodo, optant & alij sectarij alibi, vt pia aliqua & libera habeatur synodus in qua fidei controuersiæ decidantur, & afflictis ista tanta dissensione Ecclesiis vnitas procuretur, at repugnat his votis ipsa hæreticarum Ecclesiarum forma, ipsa earum ratio atque natura.*

*Nam primo quidem, num probabiliter quæso suspicari possumus omnibus Regibus, Ducibus, liberis ciuitatibus, supremam sigillatim Iurisdictionem obtinentibus, nullaq; tanta vnius, quanta Catholici, authoritate obstrictũ persuaderi posse, suos vt singuli ministros in synodum aliquam transmittãt, in qua libere firmiterque statuatur, quod ipsi postea qui transmiserunt sine recusatione, sine dubitatione vlla li-*

Yy ben-

*benter & reuerenter suscipiant, constanter semperque teneant? Sed age demus persuaderi hoc ipsis posse & iam adesse quos ipsi transmittendos censuere, an credimus futurum, vt inter hos ipsos qui transmissi sunt conueniat? Disputabunt isti initio de actoribus, qui nam admittendi sint, qui nam reijciendi, & sane si Christiani omnes, Sacerdotes sunt, adeo vt ipsæ quoq; mulieres à peccatis possint absoluere, vti scripsit Lutherus, si mulier in regno suo supremum potest esse Ecclesiæ caput, vt in Anglia volunt Caluinistæ, si non defuerunt mercatorum & nobilium mulieres quæ in suis hospitiis è suggestu statis diebus Euangelium familiæ suæ multisque aliis interpretarentur: Quomodo hic mulieres omnes excludentur?*

*Quod si Romanæ quondam Matronæ in publicum procurrerunt, & tanquam feræ bestiæ irritatæ vniuersam vrbem ac senatum commouerunt, vt Lex Oppia abrogaretur, quantam facem in cõuentum istum mulieres inferrent, quæ ita ab istis mystis se scirent institutas, & nunc ab iisdem ita se viderent destitutas?*

*Quærent deinde isti sint ne ex viris quoque admittendi omnes qui vel scripturæ diuinæ*

vel

*vel linguarum præditi sunt cognitione, siue in ordine sint isti Ecclesiasticorum siue in ordine Laicorum. Disquirent porro quibus suffragiis, quibus decidendi auctoritas debeat permitti: nemo autem se ista potestate patietur priuari, cum ea vel ex istorum quoque doctrina omnibus qui aliquid sapiunt, qualescunque tandem sint, in concilio conueniat.*

*Disputabitur dein ab istis quinam & quot sacræ Scripturæ recipiendi sint libri; an aliqua recipienda concilia, an aliqui patres, & quæ cōcilia, qui patres & ad quotam vsque ætatem, ad secundam ne & tertiam, an ad quartam vsque & quintam aut adeo etiam ad sextam; grauis in his omnibus nec exitum habitura disceptatio. Sed demus eos conquiescere, dispiciendum tunc erit de Iudice, quod si nullum volunt Iudicem præter scriptum & expressum Dei verbum, qualis quæso erit progressus huius congressus? proferetur S. scripturæ locus aliquis. Hui quibus clamoribus, quo tumultu & fremitu, de eius expositione concertabitur? Omnes quidem Scripturam sacram claram & apertam esse clamitabunt, interim singuli eam suis commentis tanquam Cimmeriis tenebris inuoluent.*

*Dicet hic se syncerum animum & medio-*

*crem diligentiam, quod istis abunde satis est ad inuestigandam veram scripturæ sententiam ad istius loci attulisse intelligentiam: Alius vero melioribus se literis, acriori ingenio, maiori industria, syncerioribus oculis, ad inspiciendam diuinam mentem se accessisse iactabit: Cumque alius nullus adhibeatur Iudex præter ipsam scripturam, & illa taceat, licet misere ab istis distorqueatur & dilaceretur: Quid aliud ex hac pertinaci contentione sperari poterit, quam vt inflammentur ira animi? vt mutuis ora verberentur conuitiis, vt ingenti denique cum fragore dimoueantur subsellia? Hic erit huius fabulæ, quam isti si lubet concilium vocent, finis atque exitus. Talis enim cum in colloquiis quæ paucorum sunt, fere semper hactenus apud eos extiterit catastrophe: quæ alia melior in concilio, quod multorum est, expectabitur?*

*Quid quod semper apud istos liberum est de omnium Iudicum iudicare iudiciis, de omnium Conciliorum & Canonum sententiis ex verbo DEI ferre sententiam, quasi non ipsum monstraret verbum Dei, quibus de verbo DEI indubitato credendum sit: sic autem si semper istis liberum manet iudicium, si retractãdi semper potestas est: quis tandem finis, quis fructus*

*erit*


*erit eiuſcemodi concilij? An non labor actus in orbem redibit, an non vana omnia erunt, fruſtranea, irrita & caſſa?*

*Videtis auditores, quantum ſit diſcrimen inter Catholicos & Sectarios? Videtis quomodo hactenus & qua ex cauſſa Imperio & Eccleſiæ in ſuis conuentibus ſuus conſtiterit ordo, ſua concordia, ſua non aſpernanda proſperitas. Quomodo è contrario & qua ex cauſſa apud ſectarios reperiatur nihil quod eiuſmodi præclaro alicui conuentui ſatis conueniat; ſed diſcordia potius dominetur, ſed confuſio, ſed error & labyrinthus inextricabilis.*

*Multa igitur & magna laude vehendi Candidati noſtri, qui ab ineunte ætate ita ſua inſtituere ſtudia, vt reipub. & Eccleſiæ ad eam quam ſæpius dixi proſperitatem adiumentum allaturi videantur, non leue, non exiguum, qui in eo iam diu ſe exercuere doctrinæ genere, in iure nimirum ciuili & canonico, vnde & imperij conuentus & Eccleſiæ ſynodi rectiſſime inchoantur, continuantur, conſummantur; qui omnem laborem, omnem induſtriam ſuam eo retulere, vt tum pietate, tum eruditione & Imperij & Eccleſiæ ſtatum in partibus ſibi credendis vtiliter & laudabi-*

*liter tueri possent atque defendere; qui denique in eam curam & cogitationem toti incubuere vt quam debent charitatem Imperio, quam Ecclesiæ, si armis non possent, certe testarentur studiis atque consiliis suis, testarentur sermone styloque, testarentur dictis factisque dignis schola hac in qua edocti, dignis tot annorum labore in quo versati & exercitati, dignis ea expectatione & congratulatione, quam apud bonos & doctos præsertim apud præceptores suos sunt promeriti. Suscipiant proinde, suscipiant iam læti quem à me petierunt honoris titulum. Eorum id loci est, eorum id vitæ est, eorum id doctrinæ est, eorum id meriti est: Mei autem id debiti est, mei id muneris est, quod & implebo illico, vbi illi statutum illud impleuerint de iurandis, quæ Notarius noster iam ipsis prælegit.*

DIXI.



ORA-

ORATIVNCVLA XXXII.

# DE DIGNITATE ET ORNAMENTIS SACERDOTVM.




VERE *ac sapienter*, generose, illustris & perquam Magnif. domine Rector, admodum Reuerendi, nobiles, & clarissimi viri, cæteriq; huius actus spectatores & auditores ornatissimi: *Verè inquam ac sapienter admirandus ille planeq́ diuinus senex Ephrem Syrus alicubi scriptum reliquit: sacerdotes quidē omnes vel ob sacerdotij dignitatem honorandos esse, eos autem inprimis multoq́ maximè, qui sacerdotij dignitatem tribus hisce veluti gemmis preciosissimis, sapientia, iustitia, puritate adauxerint, adornauerint, illustrauerint. Verè profectò ac sapienter sapientissimus ille sanctissimusq́ Pater. Cum enim sacerdotis munus sit mediatorem inter Deum & homines agere, ad Deum propius accedere, alios adducere, animarum curam & gubernationem suscipere, qui poterit hæc quæso bene feliciterq́ conficere, qui triplici hoc veluti robore roboratus non sit, qui*

*talibus tamq́; necessarijs ad rem bene feliciterque gerendam præsidijs destituatur.*

*Animaduerterunt hoc iam olim Cand. dati nostri qui sacerdotij dignitatem, pulchritudinis suæ diadema, honoris sui signaculum, gloriationis suæ coronam, vt hac de re cum veteribus loquar, non aliter se rectius & perfectius ornare armareq́; posse putarint, quam si triplicem illum ornatum, comitatum, commeatum omni sibi studio adiungerẽt. Ecquid enim quæso? Purgare aliorum animos qui serio feliciterq́; poterit, iustos alios qui facile faciet, qui iniustitia ipse delectatur, sapiens deniq; quomodo erit, qui ignorationem non refugit, non reformidat, qui sapientiæ studium negligit, cõtemnit? Longè sane aliter Candidati nostri, longe aliter, de quorum iam ègo virtutibus aliud propter temporis angustiam nihil dicam, de solo sapientiæ studio aliquid.*

*Sphyngem fingunt ethnici, Cebes Thebanus in tabula sua, Dion Prusæus in sermonibus suis, & alij alibi, monstrum speciosum quidem satis, sed pernitiosum nimis & ignorantiæ symbolum. Hanc Sphyngem, nihil ego fingam, Candidati nostri, dum per annos aliquot in omni liberalium artium genere, in Poësi, in Oratoria,*

*in*


*in Philosophia, in ipsa quoque Theologia audiendo, legendo, disputando, repetendo, respondendo sese exercuere gnauiter, ita fregere ac superauere, vt tanquam gloriosi victores præcipitata Sphynge per omnes inferiores honorum Scholasticorum progreßiones ad ipsam vsque SS. Theologiæ lauream, quæ supremæ proxima est gradum fecerint aditumq́; non dubium sibi parauerint.*

*Graue profectò malum ignorantia, imò malorum innumerabilium Mater & scaturigo inscitia, sed quanto malum hoc grauius, tanto laus vestra Candidati lectißimi grandior, tanto verior & iustior, quod reiecta ignorantia sapientiam amplexi estis, & ita quidem coluistis perpetuò, vt sapientis verba vestra quoque fuisse verba non immeritò fuisse videantur:* Sapientia soror mea es, *sapientia totius nobis vitæ socia, prompta adiutrix, fida Consiliaria, dux viæ in cælum ferentis, in te omnis vis amoris nostri effusa est. Ita certè sensisse vos si non & dixisse res ipsa testatur: dum in sapientiæ studio per annos complures hic dies noctesq́; iunxistis, dum Abenspergenses vestros, Pechlarienses vestros præceptis institutisq́; sapientiæ informastis, dum sapientiæ auctoramentum*

*à facultate nostra Theologica petendum putastis, ad extirpandam facilius ignorantiam, & propagandam felicius, maiorią; cum authoritate sapientiam.*

*Vnde nil mirum etiam, quod alumnis tam fidis tam constantibus quasdam quasi vices gratesą; rependere videatur ipsa sapientia, quod cum ipsa sicut vitis fructificet, quemadmodum apud Ecclesiasticum legimus, cum ramos honoris & gratiæ extendat, fructuum suorum vos quoque participes fecerit, ramos honoris & gratiæ in vos extenderit, vosą; & parochianis vestris ac præceptoribus vestris claros charosą; reddiderit.*

*Accipite igitur spectatissimi Domini Candidati, accipite quam ipsa vobis texuit sapientia coronam gratiarum, accipite de tribus illis sacerdotalis dignitatis ornamentis & adiumẽtis non leuibus non leue nec vulgare testimonium, ipsam nimirum Licentiæ Theologicæ palmam & adoream. Quam ego iam vobis plena manu tribuam, si modo prius ea vos iurasse, quæ iuranda sunt, videro.*



ORA-

## ORATIO XXXIII.

# CANDIDATORVM, QVÆ LAVS VERA, A QVIBVS?

PETITIONEM *vestram*, eximij Domini Candidati, *accipio, agnoscoq; libens, vtpote non ex vano quodam ambitionis tumore, sed ex iusto studiorum labore, ex certa ingenij, virtutis doctrinaque vestra fiducia, ex graui communiq; praeceptorum iudicio consensuq; profectam. Pulchrum sanè est in rebus praeclaris egregiam posuisse operam. Pulchrius & melius est, vt alicubi scite monet Aristot. de rebus magnis vel pauca tantum, quam de rebus paruis seu exilibus quamlibet multa pernouisse. In Iurisprudentia igitur, quam Imperator ipse rerum humanarum atque diuinarum notitiam, iusti atque iniusti scientiam definit, non pauca sed plurima didicisse, non leuiter nec breuiter, sed diu multumq; versatum esse, an non pulchrum, an non amore fauoreq; dignum videri debet? Quid porro illud M. Tullij?* Vna, *inquit ille pro Sestio*, via est laudis, honoris, dignitatis, à bonis,

nis, ſapientibus beneq́; à natura conſtitutis laudari & diligi.

*Hoc ipſum autem quod læti nunc experiuntur hi ipſi Candidati noſtri: ab inclyto Iurecõſultorum collegio in lucem publicam, & quaſi in ſolem pulchrè vernantem produci, aßignari foro & curiæ, aßignari licentiæ & Doctoratui, an non eſt à bonis & ſapientibus beneq́; à natura conſtitutis vehementer laudari, vehementer diligi? Admißionem Candidatis noſtris & approbationem apud præceptores ſuos haud difficulter obtinuerunt, in moribus probitas & modeſtia, in bonis artibus præſertim in Iuris vtriuſque prudentia ſtudium, diligentia, pronectus. Admißionem hæc eadem, approbationemque merito eis & apud me conciliant. Meritò illi & laudandi & diligendi mihi, meritò ornandi augendique eo quem petunt honoris gradu. Itaque ſolitis iuramentis fidem ſuam obligent: tum ego illico eorum voto deſiderioque ſatisfaciam.*

Dixi.

## ORATIO XXXIV.

LI CIN-

# LICENTIÆ COMMENDATIO.

*ITERVM igitur petitur Licentia, iterum tribuitur Licentia, non quæ ad malum suis blandimentis illiciat, sed quæ ad bonum suis documentis commoneat atque commoueat, non quæ vt illa Comica, deteriores faciat, sed quæ meliores potius, quæ digniores, quæ vtiliores præstet reipub. Pulchrum profecto, dulce & amabile est nomen Licentiæ. Libertatem enim & potestatem significat, quarum vtramque naturali quadam inclinatione appetimus. Tanto verò pulchrior, tanto iucundior & optabilior nostra hæc licentia, quanto ad fines bonorum accedit propius, quanto magis dignitatem & vtilitatem publicam respicit, & prouehit. Nil mirum proinde, cum de licentia nasci gaudium soleat, si licentiam huiusmodi nostram singularis bonorum omnium consequatur applausus, collaudatio, congratulatio: nihil mirum si à maioribus nostris in signum meritißimi gaudij constitutum sit, vt mox post collationem Licentiæ, collatio quoque vt ita dicam exhibeatur publica cuiusdam lætitiæ & lautitiæ, vinumque*

suis

*suis quasi manibus ipsa quoque misceat sapientia.*

*Est sanè inter Lycaum & Lyaum non parum discriminis, sed vtroque iuuari & recreari etiam sapientes, minime obscurum est. Lycaum hoc est optimarum & maximarum scientiarum curiam, quis est nisi plane incurius & rerum imperitus omnium qui despiciat? Sic & Lyaum quamuis vt cum Flacco loquar Socraticis madens seminibus non negliget horridus: sic lene tormentum ingenio admouetur plerumque duro, sic sapientum subleuantur curæ, spes redeunt mentibus anxiis viresque.*

*Quando igitur præsens hic Candidatus noster huiuscemodi dignitatem Licentiæ, qua de agimus, in vtroque Iure suo iure postulat, quando apud hanc inclytam Academiam per annos complures in virtutis doctrinæque studiis ita versatus est, vt in Philosophia supremum gradum magna cum laude adeptus fuerit, vt legitimum studij legalis cursum absoluerit, vt in pulcherrimo illo Cameræ Imperialis iudicio cognoscendo, & praxi Iuridica perdiscenda minime residem aut desidem se præstiterit, sed diligentissimum prorsus, quo vno verbo complecti volo omnia, cur eum illo tam læto Licentia Iu-*

*ridica titulo non ornandum ducerem, cur pro suo merito, pro meo officio non gratificarer roganti, cur bona noua ipsi & ornatissima huic conuentui aut differrem aut recusarem? Promantur bona noua ô lecti Iuuenes, promantur Lycæi nostri & licentia huiusce solita honoraria, Lyæi nempe munera & dulciaria.*

*Tu vero Candidate optime, dulci digne mero, non sine floribus vt cum poëta illo Lyrico finiam, iura quæ iuris nostri sunt, tum accipe quæ spei tuæ, quæ laboris & meriti tui sunt.*

## ORATIO XXXV.

# DE IVSTINIANO IMPERATORE ET QVIS SVB IMPERII SVI finem fuerit.

*DE Iustiniano Imperatore,* magnifice Domine Rector, cæterique dignitate, authoritate, nobilitate, doctrina, virtute præstantissimi auditores, *De Iustiniano inquam Imperatore, dixi aliquando hoc ex loco, quæ nimirum eius pietas, quæ religio primis Imperij sui annis extiterit, & quæ inde ad eum diuinitus manarit fausti-*

*tas,*

*tas, felicitas, fama & gloria. Dicam hodie de eodem Iustiniano, quomodo is posterioribus annis ab illa priori pietate ac religione, adeoque à se ipso turpiter desciuerit, & quibus hanc eius tam turpem defectionem calamitatibus Deus vlcisci non obscure visus sit.*

*Contrariorum enim vt ait Aristot. cum eadem sit scientia, ita nimirum, vt ad eundem doctorem vel artificem vtriusque contrarij tractatio pertineat, quid ni & ego de Iustiniano siue quæ in laudem, siue quæ in vituperium eius publice dicenda sunt, recte vtraque dicam? præsertim si vtrobique & temporis & loci ratio suffragium & occasionem præbeat? Vos adolescentes optimi, præsertim qui legali scientiæ nauatis operam, adeste vt corporibus ita etiam animis, & quid imitandum, quidque cauendum sit in hoc tanto Iuris Monarcha ad vestram aliorumque salutem diligenter quæso attendite atque perpendite.*

*Euectus ad Imperialem thronum Iustinianus Anno Christi D.XXVII. ad res magnas illico & merito animum adiecit. Eas vero cum se absque diuini numinis fauore & gratia conficere haud posse satis intelligeret, inprimis fidem veram & synceram tenendam colendamque*

*quæ sibi diligentissime, tum Christianæ pietatis opera exercenda sibi indefesso studio rectè admodum sapienterq; iudicauit. Sic sane factum, vt ex amore & honore erga Deum & res diuinas, erga Catholicam Ecclesiam eiusq; supremum in terris præsidem, ex cultu & veneratione sanctorum, ex Ecclesiarum nouarum ædificatione, ex veterum restauratione, ex domorum hospitalium & monasteriorum fundatione, ex hæreseon & hæreticorum detestatione & extirpatione, ex iustitiæ & æquitatis obseruantia, ex virtutum propagatione, bonorumq; patrocinio, ex vitiorũ profligatione, malorumq; proscriptione & odio, summa vereq; admiranda perbreui temporis spatio adipisceretur.*

*Nolo quæ dixi singula probare & persequi. Id enim mihi præstitisse videor in ea oratione, quam olim de ipsius laude & prosperitate habui. Hoc vnum dico, quæ tunc eius religio fuerit, quæ erga sedem Romanam reuerentia & obedientia, vel vna eius ad Ioannem secundum Romanum Pontificem epistola mox initio Imperij sui edita, & vicissim eiusdem Ioannis responsio, quarum vtraq; in Codice, titulo de summa Trinitate & fide Catholica, satis superque possunt ostendere. Reijcit quidem has ambas*

*epistolas ut spurias nimis impudenter Hottomannus inter Iureconsultos Lutheranos seu potius Caluinianos non ultimus; sed huic opponimus argumenta quæ pro harum authoritate epistolarum adducunt doctissimi & omnis antiquitatis scientissimi viri, Alciatus lib. 4. parergon, Cuiatius lib. Obseruat. 12. Illustrissimus Baronius tomo annalium 7. Fachinæus quoque noster in lib. controuers. Iuris. 8. & in ea oratione quam ante annos aliquot de his ipsis epistolis hoc ex loco in festiuitate item Iuridica habuit.*

*Quid quod & alia pro primatu Romani Pōtificis testimonia ex Iustiniano clarissima proferri possint, quæ & in illa citata oratione mea protuli; ut valde mirum sit tanto conatu Hottomannum hanc unam oppugnasse Iustiniani epistolam, quasi præter eam nihil quicquā aliud contra ipsum ex Iustiniano producere liceat: varia vero pietatis opera, quæ idem Iustinianus edidit, dum Catholicam religionem integram tenuit, qui videre desiderat, eos adeat, quos in eadem illa oratione mea nominatim quoq; allegaui, Procopium Cæsariensem de bellis Iustiniani, nec non de eiusdem ædificijs, præterea Agathiam Smirnæum, Ioannem Zonaram,*

*rium, Euagrium, Iornandum Gotthicum, Nicephorum, Georgium Cedrenum, Michaëlem Glycam, Constantinum Manassen, Paulū Diaconum & huius ordinis Chronographos alios.*

*Iam ex huiusmodi rectæ fidei veræq́; pietatis ardore, qualia & quanta munera à Deo Opt. Max. Iustinianus perceperit, ipsummet, si lubet, Iustinianum audiamus.* Tanta circa nos *(inquit in Digestorum confirmatione ad Senatum)* cunctosq́; populos diuinæ benignitatis est prouidentia, vt æternis liberalitatib. *(sic enim istic lego)* nos semper sustentare dignetur. Post bella enim Parthica æterna pace sopita, post Vandalicā gentem depressam, post Carthaginem, imò magis omnē Lybiam Romano Imperio sociatam, etiam leges antiquas iam senio prægrauatas per nostram vigilantiam præbuit in nouam pulchritudinem peruenire. Quod nemo vnquam ante nostrum Imperium sperauit, neq; humano ingenio fieri posse existimauit. Erat enim mirabile omnem sanctionem Romanam à condita vetere Roma vsq; ad nostri Imperij tempora quæ penè in mille trecentos annos excurrunt, non

solum secum in variis suis partibus, sed in Imperialibus quoq; sanctionibus inter omnem mutare consonantiam & dissonantiã, nec id solum quod secum pugnabat, sed etiam quod idem aut simile reperiebatur, tollere, & veram pulchritudinis ideam introducere, ita vt pro singulis rebus singulæ leges constitutæ viderentur. Quod proculdubio supremũ numinis & inde fluentis benignitatis opus fuit, non humanæ cogitationis aut potestatis.

Nos verò more solito erectis ad Deum manibus, eoq; inuocato, vt nos complecti dignaretur, rem tandem confecimus, adeoq; omnium veterum iuris conditorum sententias ex illa multitudine, quæ ad duo pene librorum millia & trecenties decem millia versuum pertingebant, in perspicuum cõpendium collegimus. *Ecce de bellis & victorijs, ecce de legibus & Corpore Iuris quemadmodum vulgò vocamus Iustiniani ipsius contestationem & admirationem publicam.*

*Magna sanè hæc & inusitata ferè beneficia, quibus & fidem & vitam Iustiniani liberalissi-*

*ralißimè Deus remuneratus est. Sed heu mentis humanæ mutabilitatem, heu inconstantiã, heu ingratitudinem. Currebat bene bonus Imperator, dignis Imperatore virtutibus præstabat, fœlix erat, felicior fieri poterat. Sed ecce dum non satis attendit sibi ipsi, dum plus æquo indulgeret Augustæ coniugi fœminæ pessimæ Iezabeli & Megaræ sui temporis, dum nimium confidit hæreticis, nimiumq; familiariter eis vtitur, dum adulatoribus aures adhibet, dum diuina curiosius tractat quam Imperatori conuenit, dum Iurisdictionis suæ terminos transgreditur & plus æquo sibi in constituendis rebus Ecclesiasticis sumit; ex alto decidit, benè cœpta malè finit, infelicitatem sibi & exitium accersit.*

*Fauebat Anthymo Patriarchæ Constantinopolitano Theodora Augusta quamuis hæretico, quamuis à Syluerio Romano Pontifice deposito: Volebat eum à Syluerio restitui. Recusat restitutionem Syluerius. Mandat illa Bellisario supremo exercitus Iustinianei in Italia duci, vt eum quocunq; tandem quæsito colore, aut prætextu è sede Pontificia deijciat & in exilium eijciat. Conniuet Iustinianus & quanquam eum ob Patarensis Episcopi intercessionem re-*

*nocet, patitur tamen vt rursus agatur ab inimicis suis in exilium, adeoq; inedia & ærumnis conficiatur.*

*Venit postea Cõstantinopolim successor Syluerij Vigilius, vrgetur & ipse à Iustiniano & Theodora augusta, vt Anthymum restituat, vt tria Capitula Chalcedonensis Synodi damnet. Negans is istiusmodi restitutionem, negans istiusmodi damnationem ex templo abripitur, per medias plateas trahitur, in vincula conijcitur. Eodem modo & alij tractantur trium illorum capitulorum defensores & asseclæ.*

*Tandem in hæresin Aphtardocitarum ipse Iustinianus incidit. Opponit se ipsi Eutychius Patriarcha Constantinopoleos ob sanctitatem & doctrinam eximius. Hunc milites eius sacra peragentem inuadunt, in monasterium detrudunt, deniq; Amasaam in exilium deportant.*

*Hæc atq; similia alia Iustiniani facinora & sacrilegia, hunc tam fœdum sacerdotum Dei contemptum, hanc tam porrectam aduersus Christianos Domini audaciam & violentiam num ferre voluit diuina iustitia? Minimè. Videte igitur quæso, quot & quantis illum calamitatibus inuoluerit, quã grauiter ipsum & Theodoram punierit.* Theo-

*Theodora à Vigilio Romano Pontifice excommunicationis gladio percutitur ob hæreticam pertinaciam, comprobante Deo hanc sui in terris Vicarij sententiam, haud longè post illa miserrimè interit. Sic enim Victor Tunensis Aphricanus Episcopus in Chronico suo nuperrimè per Magnificum Dominum Rectorem nostrum edito:* Post Consulatum *(inquit)* Basilij viri clarissimi anno nono Theodora Augusta Chalcedonensis Synodi inimica cancris plaga *(sic enim ille prorsus)* toto corpore perfusa vitam finit.

*Quæ Theodoræ plaga nescio (absit dictis arrogantia) an hactenus ab alijs obseruata sit, obseruanda autem videtur omnino in terrorem eorum, qui authoritatem vili pendunt Ecclesiasticam, & hæresibus fauent atque hæreticis. Quem in finem scire cupiuit etiam Illustrissimus Baronius, sed nescio quomodo non viderit.*

Hoc año, *nempè Imperij Iustiniani XXII. inquit hic Illustrissimus Baronius,* Theodora augusta ad cladem fidei orthodoxæ solum intenta ex hac tandem vita, licet sero, subducitur, sed quo morbi genere, *inquit ille,* magnum in Procopio silentium. Verum qui hæc obiter attigit Procopius,

aliis libris teste Suida scripsit vituperationes Iustiniani & Theodoræ, Quibus eius cum careamus libris, nihil est vt de Theodora dicere possimus aliud quam quod à Vigilio sauciatã diro anathematis vinculo, haud diu post vlciscente numine, insecutus est interitus: *Hæc Baronius. Nihil verò mirum si hoc morbi genus Theodoræ virum alioquin in omni antiquitate versatissimum latuerit. Quis vnus enim vnquam obseruauit omnia? Cæcus etiã aliquando gemmam inuenit, & Olitor etiam aliquando opportuna loquitur. Et mihi hoc accidisse sine iactantia arbitror.*

*Neque vero quicquam ego dubito, quin verissimum id de Theodora scripserit Victor ille, vtpote qui illo ipso tempore vixerit, qui à Iustiniano propter trium Capitulorum defensionem in Aegyptum, pariter vt complures alij, deportatus fuerit.*

*Sed quid de Iustiniano ipso? Quæ non infelicitas eius infidelitatem secuta est? Quam felix ille dum fidem catholicam tuetur, quam infelix dum in ea nutat mutat, labitur? Aduersus enim Deus, aduersa omnia. Qui Vandalorum & Gotthorum reges non multo ante sub*

*iugum*

*iugum seruitutis traxerat, hic Hunnis & Saracenis, dictu turpißimũ, fit tributarius; qui per Ducem suum Bellisarium liberatam à barbaris viderat vrbem totamque Italiam, iam retro sublapsa referri omnia, iam iterato Romam capi, Italiam vastari, in seruitutem redigi omnia videre cogitur. Qui olim liber & securus agebat, nunc conspirationes & inimicitias lethales complures experitur. Qui plurima templa noua condiderat, iam eadem compluribus terræmotibus concussa & prostrata aspicit, qui rerum omnium copia floruerat, is ærarium exhaustum conqueritur, exercitu omni caret ad resistendum idoneo, famem, pestem fere in toto Imperio suo patitur: qui plusquam oportet sapere volebat, is non modo in hæresin labitur, sed & (si Socrati in historia sua Ecclesiastica credimus) in insaniam vertitur subitoque morbo extinguitur.*

*Nempe edictum publicum de amplectenda hæresi sua conceperat, quod cum ab orthodoxis contemni animaduerteret, ira exæstuans magnam aduersus Catholicos Episcopos persecutionem meditatur. Quos enim Consultores ad impietatem statuendam habuerat, eosdem etiam instigatores vehementißimos habebat ad*

*cogendos eos qui resisterent.* Verum, edictum illud, *inquit Euagrius lib.4.cap.40.* diuina prouidentia melius aliquid prospiciente, promulgatum non est, quin Iustinianus ipse cum omnia turba tumultuque compleuisset, ad supplicia iusto Dei iudicio apud inferos luenda profectus est. *Sic quidem Euagrius.*

*Nicephorus vero etsi & ipse fatetur eum, dum edictum illud meditaretur, & proscriptionem sanctissimi & doctissimi Episcopi Anastasij & Sacerdotum eius dictaret, inuisibili ictũ plaga ex hac vita discessisse, excusare tamen eum conatur de impia sua sententia; quia videlicet ea tam tetra non fuerit, quam hæreses aliæ, & quod eam magis ad Dominici corporis honorem facere existimarit quam contrariam: Quasi integra & perfecta fides ad salutem necessaria non sit, & quasi ex Christi amore contra Christum, Christique Ecclesiam pugnare, hæresesque tueri liceat; Charitas enim certe, vt inquit Apostolus,* perperam non agit. *Melius illum excusasset, si illud vsurpasset eiusdem Apostoli,* testimonium illi perhibeo quod zelum habuit sed non secundum scientiam.

*Habe-*

*Habetis adoleſcentes ornatiſſimi, in quam tandem impietatem & infelicitatem ille tam famigeratus Legum Conditor inciderit. Veſtrum eſt illud diui Apoſtoli ſemper memori ſub pectore fixum tenere,* Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quę nunc eſt & futuræ. *Veſtrum eſt corpus illud Iuris pulcherrimum à Iuſtiniano per ſuos illos potiſſimum Triumuiros compoſitum ſic ſuſcipere & ſuſpicere, ſic euoluere & reuoluere, vt tamen nec ipſius ignorantia, nec ipſius arrogantia vobis noceat.*

*Vobis vero ſpectatiſſimi domini Candidati lætandum eſt quod diuinæ Benignitatis ductu per legitimos & fidei & vitæ tramites hactenus ingreſſi, anteceſſores veſtros ita eſtis ſecuti ita aſſecuti vt dignos vos ipſis oſtenderitis, quibus non modo Licentiæ & Doctura conferatur gradus, ſed ipſa quoque reſpub. variis in partibus recte curanda vobis recte poſſit committi à vobis. Solito ergo iureiurando vos obligate, ſolito ego ritu quam petitis lauream vobis protinus communicabo.*

Dixi.



ORA-

ORATIO XXXVI.

# DE MAGISTRIS VERIS ET MENDACIBVS.

PHILOSOPHICVM *sermonem*, Magnifice domine Rector, dignitate, nobilitate, doctrina, virtuteque præstantissimi auditores, *philosophicum inquam sermonem vbique habere locum, philosophico beneque prolixo sermone ostendere conatur vetustus ille & eximius Scriptor Maximus Tyrius, philosophus Platonicus. Non male quidem ille, meo iudicio, sed multo certe melius illi, qui hoc ipsum de sermone potius Theologico, propter singularem Theologiæ vbertatem & amplitudinem, commoditatem & necessitatem asserendum existimat. Possunt procul dubio in huiuscemodi publicis siue Philosophorum siue Medicorum siue Iureconsultorum siue adeo & Theologorum promotionibus atque congressibus non pauca ex Philosophia perquam egregie, perquam vtiliter disseri, sed nihilo pauciora semper ex Theologia & quidem non raro tempestiuius simul & fructuosius.*

*stus. Cum igitur dicendum mihi sit rursus hodie, relinquam sane sua philosophis argumenta lubens ac merito, præsertim cum in huiusmodi sermonibus quidam constare debeat ordo & quædam varietas: tractabo autem ego argumentum quoddam Theologicum, quod neque Magistris neque discipulis neque doctis neque indoctis, modo veritatis vere serioque sint studiosi iniucundum aut inutile confido futurum.*

*Considerandum nimirum mihi una vobiscum præstantissimi auditores, in hac Magistrorum panegyri videtur, quid sibi Diuinus ille Paulus gentium Magister, vt ipse sese ad Timotheum nominat, voluerit, quando Hebræos suos tam grauiter tamque decenter hisce verbis increpuit.* Cum deberetis esse Magistri propter tempus, rursum indigetis vt doceamini, quæ sunt elementa exordij sermonum Dei, & facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. *Quid idem sibi ille voluerit Apostolici Magisterij à Christo constitutus Coriphæus S. Petrus, quando ita Contribulibus suis scripsit:* Et erunt in vobis magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis.

*Dignus sane mihi consideratione videtur*

*vterq;*

*vterq; locus, Dignus hoc loco vterq; locus cum de Magistris vterq; loquatur, Dignus hoc tempore vterque locus, quando qui in fidei doctrina propter tempus Magistri esse deberent & nec dum discipulorum gradum attigerunt, tam multi passim reperiuntur. Imo quando sectarum Magistri, qui per antonomasiam Magistri mendaces in Scripturis diuinis merito nominantur, tantopere vbiuis laborant, vt seducant corda innocentium, viamque parent tam variis sectis perditionis aduentanti filio perditionis. Humanitatem & patientiam vestram in audiendo auditores præstantissimi, cum quasi longissimi temporis præscriptione mihi tenere videor, anxia insinuatione pluribusque verbis exposcendam non puto.*

*Reprehendit D. Paulus Hebræos suos, quod cum propter tempus siue acceptæ legis & Prophetarum siue Euangelicæ prædicationis, iam tunc à viginti totis annis & amplius factæ (epistolam enim illam D. Paulus Romæ expleto iam custodiæ suæ pene toto biennio scripsit) magistri esse deberent totius doctrinæ Christianæ, adeoque idonei, qui alios egregie instruerent, adhuc tamen essent tam pueriles, tam rudes & nescij, vt quasi de nouo catechisandi & ipsa fidei*

*dei principia docendi viderentur. Iustissima sine dubio fuit isthaec reprahensio, sed quæ iustior quæso, quæ rectior in nostros quoque nouatores vel dici vel scribi hodie possit reprahensio? Huc enim nostra tendit oratio.*

*Iactitant se isti certos doctrinæ Cælestis Magistros, plenis buccis concrepant purum putum verbum Dei, credunt sanctéque iurare ausint se sapere solos, reliquos volitare velut umbras. Interim quod dictu mirabile & miserabile, ne ipsa quidem elementa exordij sermonum Dei cognita perspectaque habere dignoscuntur. Ecquæ vero ista sunt elementa exordij sermonum Dei? Legantur omnes interpretes, euoluatur omnis Theologicæ vetustatis memoria, elementa hæc & fundamenta esse comperiemus non alia magis quam quæ tanquam capita fidei nostræ maxime necessaria in symbolum apostolicum præsertim vbi de Ecclesia Dei agitur, ab ipsis Apostolis redacta sunt: Nunc quomodo credunt, quomodo retinent ista isti; qui in articulo de Ecclesia ipsum Catholicum nomen expungere audent, & quia Catholici non sunt, nec à Catholicis pro Catholicis habentur, vt hanc suam incredulitatem & inscitiam occultent, Christianam non Catholicam Ecclesiam in symbolo profitentur?* O men-

*O mentes amentes, ô pectora cæca! Magistri ne hi? Duces ne hi? In tanta exordij sermonum Dei, in tanta symboli Apostolici ignoratione imo deprauatione hærentes, palpantes & Andabatarum more pugnantes? Vtcumque iam à mille sexcentis annis Christi nomẽ ac fides propagata fuerit per orbem vniuersum, vtcumque de tota fidei Christianæ doctrina tam multa, tam accurate, tam distincte tam copiose à maioribus nostris, & adeo hodieque scripta & disputata fuerint, nihil vt addi posse videatur, denique vtcunque propter tempus Magistri esse isti deberent, præsertim cum per omnes sacræ scripturæ libros ita volitent vt fere aliud nihil quam scripturam sacram clamitent, obiectent, perstrepant, nondum tamen veri discipuli sunt multo minus magistri veri, digni hoc nomine, quin imo vt Aristotelis in 2. Metaphys. vtar prouerbio, adhuc ab ipsis ianuis aberrant, adhuc ipsa fidei elementa & fundamenta nesciunt adeoque similes se iis pseudophilosophis exhibent, qui ipsa primæ Philosophiæ principia negare ausi sunt.*

*Nimirum veram Dei Ecclesiam, siue quod idem prorsus est, Catholicam Ecclesiam in ipso symbolo elementario nobis descriptam & propo-*

*positam, eiusdemq́; Ecclesiæ Catholicæ authoritatem docendi iudicandiq́; ea, quæ sunt fidei, personas & subiecta in quibus authoritas hæc residet, præcipua item capita circa quæ authoritas seu potestas hæc versatur, & cernitur, vt consignare scripturarum diuinarum certũ aliquem & authenticum Canonem, ear undẽ tradere certam aliquam & authenticam interpretationem, hæc omnia inquam quæ veluti principia omnem fidem docent, confirmant, explicant, an non negare isti, contaminare, conuellere præsumunt? Incredibili prorsus & plusquam Pharisaica cæcitate & peruicatia. Cum enim non solum apertißimè de Ecclesia vera & Catholica loquatur Christus, sed & apertius de ea Prophetæ iam olim locuti fuerint, quã de Christo ipso, vt pulchrè annotauit D. Augustinus in enarratione Psalm. 30. profectò consequitur, vt maior istorum sit cæcitas, qui Ecclesiam hodie non agnoscunt, quam Iudæorum olim, qui Christum non agnouerunt.*

Ne essemus paruuli, *inquit S. Paulus*, fluctuantes omni vento doctrinæ, dedit nobis Deus Apostolos, Euangelistas, Prophetas, Pastores & Doctores, *quorum videlicet ministerio, doctrina, authoritate ædifi-*

*hic isti nos scripturam sacram contemnere, nec plus ei authoritati quam fabulis Aesopi tribuere.*

*Ab Ecclesiae Magistris & Pastoribus in vnitate Cathedrae Ecclesiasticae permanentibus & vnanimiter dicentibus, scripturae sacrae interpretationem recte meritoq; peti asserimus. Mentiuntur hic isti nos veram scripturae sacrae interpretationem sic alligare Cathedrae & successioni, vt quicque ad Episcopalem thronum euehitur, eius qualescunque interpretationes sine vllo prorsus dubio recipiendas statuamus.*

*Asserimus nos Catholici Christi ac Apostolorum mandata siue scripta, siue non scripta reuerenter & diligenter obseruanda esse. Mentiuntur isti nos pro humanis traditionibus contra ipsas scripturas depugnare, plurisq; mandata hominum, quam Dei ipsius mandata facere. Ad hominis iustificationem, bonos animi motus, bonaq; opera requirimus vti dispositionem aliquam: Mentiuntur isti nos haec requirere vt meritum. Negamus nos solam fidem siue ad iustitiam, siue ad salutem sufficere: Mentiuntur isti fidem nos à iustificatione excludere & docere, peccatorum remissionem propter solam nobis dilectionem & bona opera contingere.*

*Fidem*

*Fidem nos sine operibus mortuam esse cum D. Iacobo Apostolo credimus : adeo exosa est istis hæc sententia, vt pleriq; negent eam vllius prorsus esse Apostoli, Philippus verò Melanchthon in Apologia Confessionis Augustanæ non dubitet per summam impudentiam mentiri splendidissimè, nos de fide nihil scire, nihil tradere.* Extant, *inquit ille, circa articulum 15.* immensi libri imò Bibliothecæ totæ nullam syllabam de Christo, de fide in Christum, de bonis operibus suæ cuiusq; vocationis continentes, sed tantum colligentes traditiones. *O durum os, ô frontem effrontem, quam nō pudet tam manifesti mendacij coram sacra Cæsarea Maiestate & coram cæteris sacri Romani Imperij principibus & statibus, quibus tam illa Apologia exhibita fuit Anno XXX. quam ipsa Augustana confessio. Potest autem hinc quilibet facile conijcere, quanta hi audeant mentiri coram imperita plebecula, qui tanta audent mentiri corā summis Imperij proceribus.*

*Romanum Pontificem B. Petri Apostolorū principis Successorem ac Iesu Christi in terris Vicariū pro eo ac debemus reueremur & agnoscimus. Mentiuntur isti nos Romanum Ponti-*

*ceremur in corpore eius, quod est Ecclesia, donec crescamus in viros probatos. Hoc neglecto diuino instituto & ordine, qui viri statim & perfecti esse volunt, adeoq; Magistri veri antequam discipuli veri, qui ea quæ fidei sunt, nolunt ab alijs in authoritate docendi pascendiq; positis accipere sed per se ipsos sapere, quid mirum si falsi nominis scientia tumescant, si magni in oculis suis videantur sibi, reuera autem paruuli sint, reuera adhuc lacte pascendi sint, adhuc ipsa initia & fundamenta religionis Christianæ docendi sint?*

*Græcis exprobrauit in Tymæo Platonis Solon, quod pueri semper essent, senex Græcorum nemo. Quid ita? Quia dum suo quisq; ingenio veritatem inuestigaret, nullum inuestigandi finē facerent.* Græca Schola, Romana Eloquētia, *inquit S. Prosper contra Collatorem cap. 26.* imò totius mundi inquisitio circa summum bonum quanquam acerrimis studiis & excellentissimis ingeniis laborando nihil egit, sed euanuere omnes in cogitationibus suis, & stulti facti sunt: quia semetipsis ducibus vsi sunt. *Ita prorsus nouatores nostri, qui cum de suo omnes arbitrio modulentur scripturarum fidem & intelligentiam,*

*tiam, vt scitè antiquißimus & doctißimus Tertullianus loquitur, faciunt, vt nihil scientes, semper discentes nunquam ad scientiam veritatis perueniant. Aberrant enim à ianua, carent certa Christianæ doctrinæ regula, ipsum modum non satis intelligunt fidei nostræ symbolum atque principium.*

*Habetis auditores breuißimam prioris loci considerationem. Ad alterum me locum confero; Mendaces Magistros esse nouatores nostros, planeq́ eos quos quasi intento digito demonstrauit S. Petrus, luce clarius & forte etiā opinione vestra auditores citius demonstro; Breuitatis enim caussa sciens prudensq́ abstinebo ab innumeris enumerandis mendacijs quibus isti scripturam sacram, quibus Concilia, quibus Patres, quibus Historias veteres deprauant, mutilant, obscurant, doloseq́ allegant. Illa solummodo attingam, quibus nos Catholicos, nostramq́ Catholicam religionem in contemptum & odium grauißimum per summum nefas adducere nituntur.*

*Scripturam sacram in summo nos honore precioq́ habemus, hanc ipsam tamen, ordinarie loquendo, nō aliter nobis innotescere dicimus, quam per authoritatem Ecclesiæ. Mentiantur*

*caremur in corpore eius, quod est Ecclesia, donec crescamus in viros probatos. Hoc neglecto diuino instituto & ordine, qui viri statim & perfecti esse volunt, adeoq́; Magistri veri antequam discipuli veri, qui ea quæ fidei sunt, nolunt ab alijs in authoritate docendi pascendiq́; positis accipere sed per se ipsos sapere, quid mirum si falsi nominis scientia tumescant, si magni in oculis suis videantur sibi, reuera autem paruuli sint, reuera adhuc lacte pascendi sint, adhuc ipsa initia & fundamenta religionis Christianæ docendi sint?*

*Græcis exprobrauit in Tymæo Platonis Solon, quod pueri semper essent, senex Græcorum nemo. Quid ita? Quia dum suo quisq; ingenio veritatem inuestigaret, nullum inuestigandi finē facerent.* Græca Schola, Romana Eloquētia, *inquit S. Prosper contra Collatorem cap. 26.* imò totius mundi inquisitio circa summum bonum quanquam acerrimis studiis & excellentissimis ingeniis laborandō nihil egit, sed euanuere omnes in cogitationibus suis, & stulti facti sunt: quia semetipsis ducibus vsi sunt. *Ita prorsus nouatores nostri, qui cum de suo omnes arbitrio modulentur scripturarum fidem & intelligentiam,*

*tiam, vt scitè antiquissimus & doctissimus Tertullianus loquitur, faciunt, vt nihil scientes, semper discentes nunquam ad scientiam veritatis perueniant. Aberrant enim à ianua, carent certa Christianæ doctrinæ regula, ipsum modum non satis intelligunt fidei nostræ symbolum atque principium.*

*Habetis auditores breuissimam prioris loci considerationem. Ad alterum me locum confero; Mendaces Magistros esse nouatores nostros, planeq́ eos quos quasi intento digito demonstrauit S. Petrus, luce clarius & forte etiā opinione vestra auditores citius demonstro; Breuitatis enim caussa sciens prudensq́ abstinebo ab innumeris enumerandis mendacijs quibus isti scripturam sacram, quibus Concilia, quibus Patres, quibus Historias veteres deprauant, mutilant, obscurant, doloseq́ allegant. Illa solummodò attingam, quibus nos Catholicos, nostramq́ Catholicam religionem in contemptum & odium grauissimum per summum nefas adducere nituntur.*

*Scripturam sacram in summo nos honore preciоq́ habemus, hanc ipsam tamen, ordinarie loquendo, nō aliter nobis innotescere dicimus, quam per authoritatem Ecclesiæ. Mentiuntur*

*caremur in corpore eius, quod est Ecclesia, donec crescamus in viros probatos. Hoc neglecto diuino instituto & ordine, qui viri statim & perfecti esse volunt, adeoq; Magistri veri antequam discipuli veri, qui ea quæ fidei sunt, nolunt ab alijs in authoritate docendi pascendiq; positis accipere sed per seipsos sapere, quid mirum si falsi nominis scientia tumescant, si magni in oculis suis videantur sibi, reuera autem paruuli sint, reuera adhuc lacte pascendi sint, adhuc ipsa initia & fundamenta religionis Christianæ docendi sint?*

*Græcis exprobrauit in Tymæo Platonis Solon, quod pueri semper essent, senex Græcorum nemo. Quid ita? Quia dum suo quisq; ingenio veritatem inuestigaret, nullum inuestigandi finē facerent.* Græca Schola, Romana Eloquētia, *inquit S. Prosper contra Collatorem cap. 26.* imò totius mundi inquisitio circa summum bonum quanquam acerrimis studiis & excellentissimis ingeniis laborando nihil egit, sed euanuere omnes in cogitationibus suis, & stulti facti sunt: quia semetipsis ducibus vsi sunt. *Ita prorsus nouatores nostri, qui cum de suo omnes arbitrio modulentur scripturarum fidem & intelligentiam,*

*tiam, vt scitè antiquißimus & doctißimus Tertullianus loquitur, faciunt, vt nihil scientes, semper discentes nunquam ad scientiam veritatis perueniant. Aberrant enim à ianua, carent certa Christianæ doctrinæ regula, ipsum modum non satis intelligunt fidei nostræ symbolum atque principium.*

*Habetis auditores breuißimam prioris loci considerationem. Ad alterum me locum confero; Mendaces Magistros esse nouatores nostros, planeq́; eos quos quasi intento digito demonstrauit S. Petrus, luce clarius & forte etiã opinione vestra auditores citius demonstro; Breuitatis enim caussa sciens prudensq́; abstinebo ab innumeris enumerandis mendacijs quibus isti scripturam sacram, quibus Concilia, quibus Patres, quibus Historias veteres deprauant, mutilant, obscurant, doloseq́; allegant. Illa solummodò attingam, quibus nos Catholicos, nostramq́; Catholicam religionem in contemptum & odium grauißimum per summum nefas adducere nituntur.*

*Scripturam sacram in summo nos honore precioq́; habemus, hanc ipsam tamen, ordinarie loquendo, nõ aliter nobis innotescere dicimus, quam per authoritatem Ecclesiæ. Mentiuntur*

*caremur in corpore eius, quod est Ecclesia, donec crescamus in viros probatos. Hoc neglecto diuino instituto & ordine, qui viri statim & perfecti esse volunt, adeoq́; Magistri veri antequam discipuli veri, qui ea quæ fidei sunt, nolunt ab alijs in authoritate docendi pascendiq́; positis accipere sed per seipsos sapere, quid mirum si falsi nominis scientia tumescant, si magni in oculis suis videantur sibi, reuera autem paruuli sint, reuera adhuc lacte pascendi sint, adhuc ipsa initia & fundamenta religionis Christianæ docendi sint?*

*Græcis exprobrauit in Tymæo Platonis Solon, quod pueri semper essent, senex Græcorum nemo. Quid ita? Quia dum suo quisq; ingenio veritatem inuestigaret, nullum inuestigandi finē facerent.* Græca Schola, Romana Eloquētia, *inquit S. Prosper contra Collatorem cap. 26.* imò totius mundi inquisitio circa summum bonum quanquam acerrimis studiis & excellentissimis ingeniis laborando nihil egit, sed euanuere omnes in cogitationibus suis, & stulti facti sunt: quia semetipsis ducibus vsi sunt. *Ita prorsus nouatores nostri, qui cum de suo omnes arbitrio modulentur scripturarum fidem & intelligentiam,*

*tiam, ut scitè antiquissimus & doctissimus Tertullianus loquitur, faciunt, ut nihil scientes, semper discentes nunquam ad scientiam veritatis perueniant. Aberrant enim à ianua, carent certa Christianæ doctrinæ regula, ipsum modum non satis intelligunt fidei nostræ symbolum atque principium.*

*Habetis auditores breuissimam prioris loci considerationem. Ad alterum me locum confero; Mendaces Magistros esse nouatores nostros, planeq́ eos quos quasi intento digito demonstrauit S. Petrus, luce clarius & forte etiã opinione vestra auditores citius demonstro; Breuitatis enim caussa sciens prudensq́ abstinebo ab innumeris enumerandis mendacijs quibus isti scripturam sacram, quibus Concilia, quibus Patres, quibus Historias veteres deprauant, mutilant, obscurant, doloseq́ allegant. Illa solummodò attingam, quibus nos Catholicos, nostramq́ Catholicam religionem in contemptum & odium grauissimum per summum nefas adducere nituntur.*

*Scripturam sacram in summo nos honore precioq́ habemus, hanc ipsam tamen, ordinarie loquendo, nõ aliter nobis innotescere dicimus, quam per authoritatem Ecclesiæ. Mentiuntur*

*hic isti nos scripturam sacram contemnere, nec plus ei authoritati quam fabulis Aesopi tribuere.*

*Ab Ecclesiae Magistris & Pastoribus in vnitate Cathedrae Ecclesiasticae permanentibus & vnanimiter dicentibus, scripturae sacrae interpretationem rectè meritoq; peti asserimus. Mentiuntur hic isti nos veram scripturae sacrae interpretationem sic alligare Cathedrae & successioni, vt quicque ad Episcopalem thronum euehitur, eius qualescunque interpretationes sine vllo prorsus dubio recipiendas statuamus.*

*Asserimus nos Catholici Christi ac Apostolorum mandata siue scripta, siue non scripta reuerenter & diligenter obseruanda esse. Mentiuntur isti nos pro humanis traditionibus contra ipsas scripturas depugnare, plurisq; mandata hominum, quam Dei ipsius mandata facere. Ad hominis iustificationem, bonos animi motus, bonaq; opera requirimus vti dispositionem aliquam: Mentiuntur isti nos haec requirere vt meritum. Negamus nos solam fidem siue ad iustitiam, siue ad salutem sufficere: Mentiuntur isti fidem nos à iustificatione excludere & docere, peccatorum remissionem propter solam nobis dilectionem & bona opera contingere.*

*Fidem*

*Fidem nos ſine operibus mortuam eſſe cum D. Iacobo Apoſtolo credimus: adeo exoſa eſt iſtis hæc ſententia, vt plerięꝫ negent eam vllius prorſus eſſe Apoſtoli, Philippus verò Melanchthon in Apologia Confeſſionis Auguſtanæ non dubitet per ſummam impudentiam mentiri ſplendidiſſimè, nos de fide nihil ſcire, nihil tradere.* Extant, *inquit ille, circa articulum 15.* immenſi libri imò Bibliothecæ totæ nullam ſyllabam de Chriſto, de fide in Chriſtum, de bonis operibus ſuæ cuiuſq; vocationis continentes, ſed tantum colligentes traditiones. *O durum os, ô frontem effrontem, quam nō pudet tam manifeſti mendacij coram ſacra Cæſarea Maieſtate & coram cæteris ſacri Romani Imperij principibus & ſtatibus, quibus tam illa Apologia exhibita fuit Anno XXX. quam ipſa Auguſtana confeſſio. Poteſt autem hinc quilibet facile conijcere, quanta hi audeant mentiri coram imperita plebecula, qui tanta audent mentiri corā ſummis Imperij proceribus.*

*Romanum Pontificem B. Petri Apoſtolorū principis Succeſſorem ac Ieſu Chriſti in terris Vicariū pro eo ac debemus reueremur & agnoſcimus. Mentiuntur iſti nos Romanum Ponti-*

*ficem Deum quendam in terris facere, eiq́; tribuere dispensandi potestatem contra Apostolos & Euangelistas, contra vetus & nouum testamentum. Delectum ciborum & stata Ecclesiæ ieiunia obseruamus vtpote in his & corporis macerationem & obedientiam debitam exercentes. Mentiuntur hic isti, nos Dei creaturas cum Manichæis abominari. Virginitatem matrimonio anteponimus, Ecclesiasticorum hominum cœlibatum retinendum censemus, Monasticen, eiusq́; vota probamus & adstruimus. Mentiuntur isti nos cum Manichæis & Encratitis coniugia damnare, nuptias prohibere. Feriarum obseruationes, Diuorum inuocationes, imaginum venerationem vt cultum Deo gratum acceptumq́; amplectimur & tuemur. Hic Iudaismum, Pharisaismum, Paganismum nos inducere odiosissimè & mendacissimè isti clamitant.*

*Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentũ adoramus & offerimus pro viuis ac defunctis. Calumniantur hic isti non minus imperite & impie quam ipsi olim Pagani siue Ethnici. Audierant illi aliquid de hoc nostro incruento altaris sacrificio, & de Cœna Dominica. Obÿciebant inde Christianis cœnas Thyestæas, infanticidia imo*

*imo Cereris & Bacchi cultum, quia ista mysteria sub specie panis viniq́ à nobis celebrantur. Quid hic nostri Nouatores? Artolatriam, panis pistorij vel Dei impanati adorationem nobis isti impingunt, cum tamen certò sciant nos metusian quandam siue transubstantiationē, conuersionem videlicet totius substantiæ panis in corpus Christi, & totius substantiæ vini in sanguinem Christi statuere.*

*Sed piget in commemorandis tam manifestis mendacijs hærere diutius. Hoc vnum verissime addo, nullam esse Christianæ doctrinæ partem, quam isti vellicant (quam autem non vellicant?) in qua non pro erroris sui defensione, imo veluti fundamento, vnum vel plura insignia mendacia cōstruant, vt proinde, quod de Sophistis suorum temporum olim scripsit celebris ille Græcorum Orator & Philosophus Aristides, id rectissimè meritissimeq́ hodie dici possit, de istis noui Euangelismi antesignanis.* Pulcherrimum, *inquit is in oratione Platonica secunda*, philosophiæ nomen isti sibi arrogant, quasi hæc secundum nomina, non secundum res ipsas iudicarentur, vt si se Lycaon Hectorem, aut Chorœbus Palamedem, aut Margites Nestorem vo-

caret. Et omnib. maledicunt, ita vt si quis ab eis malignitaté & mendacia abstulerit, præcipuas vitæ partes ab eis abstulerit.

*Quid aliud quæso dicendum de Nouatoribus nostris? quorum vt cum Iuuenale loquar,* tam immensa caui spirant mendacia folles? *An non malignitate & mendacijs detractis præcipuas eis vitæ aut certè doctrinæ partes detraxeris? Cauendi igitur & hi vobis serio & sedulo semper, studiosissimi lectissimiq; adolescentes.*

*Imitandi verò præsertim hac in parte eximij Domini Candidati nostri, qui mendosos & mendaces istos magistros nunquam morati aut mirati, modestiã & in viuendo & in discendo eam adhibuerunt semper, vt nõ tam magistri esse vellent propter tempus q̃ propter diligentiã & profectum: qui ita vbiq; veritatis cognitionẽ, & in scholis & in templis consectati fuere, vt & seipsos & alios aduersus falsos magistros egregie vbiq; possent munire, iam ante à suis veris magistris, tum ex vera Philosophia, tum ex vera Theologia egregie præmuniti. Capiant iam igitur dignum laboris sui præmium & precium, iurent quæ iuranda sunt, præstabo ego quæ iure optimo abs me paulo ante petierunt.* Dixi.

ORA-

## ORATIO XXXVII.

# DIGNITATES DIGNIS CONFERENDÆ.

*NON omnibus dormio, dicebat olim Cæpius: non omnibus seruio, dicebat olim Tullius. Vtrumque in vna eademque Tullij epistola reperio: Vtrumque eleganter & prudenter dictum iudico: Vtrumque in diuerso quidem sed non aduerso sensu recte quoque hodie vsurpare posse videor:* Non omnibus dormio, non omnibus seruio. *Muneris qiuppe mei ratio cum in eo sit posita, vt digna dignis tribuam, nec quenquam in huiuscemodi Academicis promotionibus admittam, quem certa virtutis doctrinæq; suffragatio non commendet, qui possem dormire omnibus qui possem seruire omnibus?*

*Rationis, officij, exempli est discriminare inter merentes & immerentes, dormire dormientibus, vigilare vigilantibus, hoc est, aditum & auditum præcludere ignauis & ignaris, fauore autem & honore prosequi eos, qui in bonis moribus imbibendis, in bonis disciplinis perdiscendis perpetua excubarunt quadam vigilantia. Rationis, officij, exempli est, negligere eos*

*qui se ipsos negligunt, quos sera moratur segnities, seruire autem iis, qui eo iam pridem omnia sua seruitia, officia, studia contulerunt, recte aliquando & vtiliter vt possent deseruire reipub: & Ecclesiæ.*

*Quorum quidem è numero cum sint præsentes hi Candidati nostri, cum hactenus nō socordes Endimionis dormitores, sed peruigiles Musarum Legumque cultores extiterint, cum magni illius in hac olim Academia antecessoris Viglij Zuichemi priuatum publicumque symbolum:* Vita hominis vigilia: *cum pulcherrimum illud Iureconsultorum axioma:* Vigilantibus iura subueniunt, dormientibus non sunt scripta, *memori mente serio seduloque semper recoluerint, cum denique certo sibi persuaserint nihil esse in vita humana præstabilius quam laborare pro communi vtilitate reipub. nihil vero turpius ac perniciosius quam seruire ventri & ocio, quam seruire cupiditatibus quas improba Syren excitat & incitat, quid mirum si in eorum promouendo honore minime quoque dormitandum nobis & obsurdescendum, sed vigilandum, sed inseruiendum existimamus?*

*Agite optimi Candidati, agite vt agitis, in* ve-

*vestrum & patriæ commodum viuite, inuigilate, inseruite reipub. siue vt aduocati siue vt assessores & Iudices semper auream illam Iustitiæ stateram ob oculos vobis proponite, eius præcepta seruate, eius præscriptis seruite, causarum merita & momenta diligenter expēdite & expandite, non quid æris loculi tinniant, sed quid Iuris teneant, attendite; offucias, quæ veritatis lumini officiunt, vestri ingenij, vestri consilij luce discutite, disijcite. Et hoc omne tanquam citra dubitationem omnem præstituri libenter & fideliter accedite, solita iuramenta edite, tum ego protinus, quod petistis summa quoque cum lubentia vobis impertiar.*

Dixi.



ORA-

## ORATIO XXXVIII.

# DE IVSTINIANO IMPERATORE AN DAMNATVS AN VERO SALVVS SIT factus?



*VÆ mea fuerit in proxima Iureconsultorum celebritate oratio*, magnifice domine Rector, cæterique cuiuscunque dignitatis & ordinis auditores præstantissimi, *plerosque vestrum adhuc probe commeminisse arbitror. Dixi nimirum tunc de magni illius Imperatoris, Legumque Monarchæ Iustiniani perquam graui lapsu in religionis negotio, dixi de ipsius infelicitate misteriis & calamitatibus, quæ hanc ipsius defectionem prolapsionemque consecutæ sunt: addidi denique quæ addere ausus est non ignobilis seculi Iustinianei scriptor Euagrius*: Iustinianus, *inquit ille lib. 5. suæ historiæ cap. 5.* cum omnia turbis tumultuque propter dogma suum de incorruptibilitate corporis Christi compleuisset, mercedemque factis suis debitam, in extremo vitæ suæ tempore per varias videlicet ærumnas & adeo etiam per subitam & improuisam mor-

mortem reportasset, ad supplicia iusto Dei iudicio apud inferos luenda profectus est. *Dura profecto & dira clausula, mirabilis & miserabilis exitus, si verus, & quem ipse quoque vt verum fatear, cum legi priuatim cum recitaui publice, non potui non exhorrescere & pene obstupescere.*

*Heu princeps tantus, primis decem Imperij sui annis tam pius, sedis Apostolicæ, religionis catholicæ tam amans & obseruans, & ideo tum pacis tum belli temporibus tam felix, vt immensam illam Legum molem in tam pulchrum Iuris corpus componeret, & tertiam orbis partem Romano Imperio recuperaret & subijceret postremis gubernationis suæ annis tam grauiter aberrare, tam turpiter labi, in tantam incidere potuit infelicitatem? Potuit equidem auditores. Imo plus nimio potuit, si Euagrio credimus.*

*Viderit sane Salomonem sumptuosissimo & splendidissimo diuinæ sapientiæ siue verbi Dei templo Constantinopoli exædificato, inscripserit nec falso nec temere suæ iuxta templũ illud statutæ statuæ:* Vici te Salomon. *In eo tamen Salomonẽ minime vicit, quod peccare quod in damnationis barathrum ruere Salomon potuerit,*

*rit, ipse non potuerit. Ah Salomon potuit: Et Iustinianus potuit:* Quid mirum, *inquit D. Augustinus super Psal. 126.* quod in populo Dei cecidit Salomon, quando in Paradiso cecidit Adam, quando de Cælo cecidit Angelus.

*Potuit itaque potuit absque omni dubio in æternum exitium ipse quoque incidere Iustinianus, sed num inciderit, tam certo adhuc non constat quin disputari in vtramuis partem possit, imo quin affirmantem olim partem secutus sit Euagrius, negantem Nicephorus. Curiosa fortassis quæstio & contemnenda potius, quam resumenda: At certe si non ad curiositatem fouendam, sed ad curam salutis æternæ in nobis acuendam & augendam tractetur, intraque debitos Christianæ modestiæ fines ita cohibeatur, vt de his quæ Cælestis pater in sua recondita esse voluit potestate, certi definitique nihil pronunciemus, non tam curiosa quam fructuosa, non tam friuola leuisque, quam commoda grauisque. Ornatissimam auditorum coronam rogatam volo, exigui temporis audientiam impartiri dicenti ne grauetur. Quæstionem absoluam vniuersam haud paulo citius quam fortassis quidam sperant, quam fortassis quidã cupiant.* *Scio*

*Scio occultis Dei iudiciis sese ingerere, potestatis & licentiæ non esse humanæ. Scio curiositati non esse laxandas habenas. Sed iuxta scio, etiam de rebus occultis ratiocinari ex caussis non occultis, de internis ab externis argumenta & quæstiones ducere licitum esse nonnunquam, decens imo & expediens esse nonnunquam.*

*Prodeat igitur Euagrius, & qui prior fuit tempore viuendi, etiam prior sit tempore dicendi, dicat libere sed dicat vere quæ habet contra Iustinianum.* In Iustiniano, *inquit ille lib. 4. cap. 59.* tam inexplebilis fuit pecuniarum cupiditas, vt omnia subiectorum bona his qui magistratus administrabant, & qui tributa colligebant ob auri amorem venderet, complures imo vero innumerabiles qui multa possidebant, confictis caussis multaret, fortunisque omnibus exueret:

Deinde in Cyaneorum factionem, *inquit idem Euagrius lib. eodem cap. 30.* Iustinianus tam propensus erat, vt eis per eum licerent omnia, in ædes videlicet ciuium irrumpere, thesauros istic reconditos diripere, vitam ipsis suam ipsorum diuendere.

Denique eodem tempore, *ait eodem lib. cap. 34. Euagrius*, à recta regiaque via Imperator dilabitur, atque Apostolis patribusque intactum ingrediens iter edictum scribit, in quo asserit Corpus Christi prorsus fuisse incorruptibile, ne illis quidem passionibus obnoxium, quæ corpori humano naturaliter insunt, nullamque prorsus repræhensionem incurrunt, adeoque sic Christum comedisse ante resurrectionem sicut comedit post resurrectionem. In quam sententiam clerum omnem suo illo edicto conatur impellere: sed diuina prouidentia melius nobis prospiciente ante huius edicti promulgationem ex improuiso percutitur & ex hac vita migrat, vel potius, *vt ipse loquitur lib. 5. cap. 5.* ad supplicia iusto Dei iudicio apud inferos luenda proficiscitur. *Hæc de Iustiniano Euagrius.*

*At contra quidnam quæso Nicephorus? Agnoscit hic aliqua, ignoscit aliqua. Non plane excusat pecuniarum cupiditatem, sed ex ipso Euagrio opponere videtur innumerabilia pietatis opera, templa plurima, Nosocomia plurima quæ ex istis pecuniis Iustinianus ædificauerit,*

*rit: Opponere etiam vrbes, arces, domos, pontes, vias, porticus, balinea, muros & alia id genus potuisset, de quibus Procopius Gazæus postremo eorum librorum quos sex de Iustiniani ædificijs reliquit, ita loquitur. Nemo dubitat, imò perspicuum est omnibus, ab oriente sole in occidentem vsque ab hoc Imperatore Romanum Imperium non modo castellis & propugnaculis, sed etiam militum præsidijs & custodiis præclarè firmatum fuisse: Quæ sane omnia immensam pecuniarum vim requirere & auaritiæ enormioris notam immeritò subire quis non intelligit?*

*De crudelitate & iniustitia quæ narrat Euagrius, ita recitat Nicephorus vt aperte protestetur ista esse Euagrij, se nolle in tantum Imperatorem inuehi, claudatque caput illud non alijs verbis quam istis, vt est apud Interpretem:* Hæc quidem Euagrius, *nil addens, verené an falso, solusné Euagrius an etiam alij.*

*Ad religionem quod attinet, non diffitetur quidem ipse in errorem Aphtardocitarum siue incorruptibilium (sic enim vocabantur) incidisse Iustinianum, & acrius pro eo decertasse errore quam debuerit, at propterea ad inferos fuisse detrusū, ibique æternis iam mactari*

*supplicijs minimè concedit*. Certè, *inquit*, & alij nonnulli veniam Iustiniano tribuunt, neq; itidem eum, vt hæreses alias ab Ecclesia proscribendum censent. Nam cum & alij multi mortales hoc errore tum correpti fuerint, non solum ex ijs qui honores & magistratus gessere, sed etiam Hierarchæ quidam primarij, & monachi vita illustres, & ex sacerdotali ordine, quid mirum si Imperator non altius dogma tale inuestigans, & à verbo passionis abhorrens nihil tale de Christo propter summum erga illum amorem audire voluit? *quasi dicat Nicephorus: Cum nondum hæc res videretur ex professo in vllo agitata & discussa generali concilio, cum nondum clarè expressè q́; definita ab Ecclesia, quid mirum si tenacior fuit opinionis suæ Iustinianus, præsertim quam crederet multo magis ad honorem Christi facere quam contrariam. Et quid si eum ante mortem pœnituit huius suæ pertinaciæ & vehementiæ?*

*Quandoquidem moriturus sicuti Constantius Athanasium, sic ipse Eutychium contrariæ sententiæ acerrimum propugnatorem ab exilio reuocandum successori suo Iustino in testamento*

*mento mandauit: Vt quidem etiam Iustinus mox post mortem Ioannis Syrmij tunc Patriarchæ Constantinopolitani eum ipsum Eutychium reuocatum in sedem suam Constantinopolitanam restituit & perquam honorifice tractauit; Imo vt hic ipse Iustinus forte quod ita etiam voluisse auunculum Iustinianum aut sciret certo aut probabiliter putaret, mox prima sua iußione, quam tanquam Imperator edidit, omnibus etiam alijs Episcopis & Sacerdotibus exilium in quod eiecti fuerant, remisit, eosque sedes suas recipere & religionem more solito colere, neque quicquam postea de fide nouare præcepit.*

Accedit huc, *inquit Nicephorus*, quod ipsa sexta generalis synodus in præfatione sua Iustinianum beata quiete dignatur, acta vero eius concilij cum mentio eius facienda est, semper eum qui in Sanctis est IVSTINIANVM dicunt.

*Addere poterat Nicephorus quod & S.* GREGORIVS *Papa, cum eundem nominat* IMPERATOREM *piæ memoriæ* IVSTINIANVM *nominat; & Agatho Papa in epistola ad* HERACLIVM

 &

*& Tyberium Imperatores post recitatos Orthodoxos Episcopos qui aduersus hæreticos decertarunt pro fide Catholica, mox de Iustiniano hæc subdit*: Et præ omnibus æmulator veræ & Apostolicæ fidei, piæ memoriæ Iustinianus Augustus, cuius fidei rectitudo quantum syncera confessione Deo placuit, tantum rempub. Christianam exaltauit. Et vtiq; ab omnibus gentibus eius religiosa memoria veneratione digna censetur, cuius fidei rectitudo per augustissima eius edicta in toto orbe diffusa laudatur. *Huc vsq; Agatho.*

*Cõcludit vero tandem hunc in modum sua Nicephorus*: Equidem opinor ego, *inquit*, non autem decerno, vel propter alia ipsius, *Iustiniani videlicet*, egregiè & rectè facta, & præstantem in diuinum numen æmulationem, piamq; in cæteris omnibus religionem, interueniente quoque mirifico Dei verbi templo, si quid in eo est desideratum, id infinita Dei misericordia resarcitum & confectum iri.

*Videtis auditores, quomodo graues hi authores dissentiant, quomodo Iustinianum accuset Euagrius, quomodo excuset Nicephorus.*

*Num*

*Num vero iam progredi placet longius? num suffragatores & succenturiatores alios Graecis hisce duobus adiungere?*

*Pro Euagrio stare videtur Procopius, qui cum aliquando valde laudasset Iustinianum, postea integro cum vituperauit opusculo, quod tamen non extat hodie. Pro Nicephoro autem stare videtur Corrippus Aphricanus nuper demum è tenebris in lucem erutus & Serenißimo Austriae Archiduci Alberto dedicatus. Hic cum & ipse circa Iustiniani vixerit tempora dum ex instituto Iustiniani successorem Iustinum laudat, per occasionem ipsum quoque Iustinianum ita honorat, vt eum etiam inter beatos non obscurè referat, hancque ipsam* ἀποθέωσιν *suam veluti indicio quodam valde probabili demonstret. Sic enim ille de funere Iustiniani concinit:*

Aurato interea corpus sublime feretro
Impositum turba famulantum flente iacebat,
Et fletum lachrymis iustus dolor ora rigabat.
At suprema suae seruans vestigia vitae

Iustinianus erat, non mutans morte colorem,
Sed solito candore nitens, quia vicerit orbem.
Mors veneranda viri signis monstrauit apertis,
Ipse videbatur cunctis plangentibus vnus
Effigie gaudere pia, diademate comptus
Purpurea in veste iacens requiescere somno.
Haud reor immeritò sic lætus & ore benigno
Ille foret moriens, nisi mens sibi conscia recti
In cælum properans securos linqueret artus.

*Nempè ex vultu ipso conijcit Corrippus, propitium placatumq; Iustiniano fuisse numen diuinum.*

*Hæc cum ita dicantur cum ita scribantur ab istis, quis nunc auditores litem dirimet, quis sententiam proferet? Libenter profectò eam ego proferrem pro Nicephoro, & pro Iustiniano potissimum. Ex animo enim semper amaui* atq;

*atq; etiamnum amo Iurisprudentiam, eiusque antecessores, ideoq; & ipsum Iustinianum, horum antesignanum & principem potentissimum, idq; tum ob ipsam studij Iuridici vtilitatem & dignitatem eximiam, tum vel ob parentis quoque optimi memoriam, qui ex hac ipsa cathedra ante annos quinquaginta vna cum celeberrimis viris Fabio Arcade Romano, Viglio Zuichemo, Nicolao Euerhardo seniore Iura, vt puto, non sine laude docuit. Quod ipsum non dicerem nisi gratum esse ipsis quoque Dominis Iure Consultis nostris in locum & in laudem talium virorum succedentibus crederem, & nisi meo erga parentem amori valdè conuenire intelligerem. Et vero vt cum Eumenio antiquissimo & nobilissimo Rhetore loquar, quis animo sit tam humili, tam abiecto, tam ab omni appetitione laudis alieno, vt non & quantulamcunque memoriam suorum quandoque excitare & sibi inde aliquid secundæ opinionis cupiat acquirere?*

*Vellem igitur auditores, vellem sane perlibenter vel his de caussis meum hic erga Iureconsultorũ veluti Deum quendã Iustinianum amorẽ studiumq; ostẽdere: sed quãdo argumẽta*

*Euagrij, eiusque sententiam tantopere vrget, quem merito hodie omnes magni facimus, annalium Ecclesiasticorum scriptor ille illustrissimus, & quæ afferuntur à Nicephoro tam acriter diluere conatur & refellere, satius puto iudicium meum suspendere, rem ipsam in medio apud eos qui & ipsi iudicare possunt, relinquere, quam prolixiore sermone negotium molestiamque minus necessariam mihi vobisque facessere: Fatetur interim apertè & ingenuè idem ille scriptor doctissimus & clarissimus, quam mortuus ante horrendum maiestatis diuinæ tribunal sententiam Iustinianus acceperit, opinari nos quidem posse, iudicare vero aut scire certo non posse.*

*Reliquum ergo auditores hoc vnum iam esse videtur, vt quæ arguuntur & quæ commendantur in Iustiniano diligenter animaduertamus, & neque damnantes eum certò, neque absoluentes certò donec maior alterutrius sententiæ nos vel authoritas vel ratio conuincat, eius exemplo discamus esse cautiores, nostramque vocationem salutemque certiorem faciamus quam ipsius esse videtur.*

*Lauda-*

*Laudatur in eo primorum annorum pietas & constantia, accusatur posteriorum annorum nimia animi remissio & inconstãtia: Laudatur primorũ annorum erga sedem Apostolicã & fidem Catholicam reuerentia, accusatur posteriorum annorum aduersus hanc sedem, aduersus hanc fidem neglectio: Laudatur priorum annorum cum Catholicis magna familiaritas, assidua conuersatio, accusatur posteriorum annorum nimis arcta nimisque crebra consuetudo cum hereticis: Laudatur primorum annorum liberalitas & iustitia, accusatur posteriorum annorum auaritia & iniustitia. Damnatur ipse à quibusdam pœnisque infernalibus addicitur, non quia ἀγράμματος fuit aut ἀναλφάβητος vt Suidas, & ex Suida multi magni viri, in his ipsis quoque annalium ille scriptor falso sibi hãc de ipso ruditatem persuaserit, sed quia in hæresin se abduci passus est. Absoluitur ipse ab aliis, non quia desipuit, ideo enim damnandus potius, sed quia resipuit, vel non ita grauiter enormiterque desipuit, quin excusari possit quadantenus.*

*Quis vero iam non videat, quid in eo imitandum nobis quid fugiendum sit? Sane quidem si is satis excusari non posse plerisque videtur,*

*tur, cui error in speciem tam probabilis, à primariis etiam quibusdam Ecclesiæ Hierarchis defensus, nullo tamen cuiusquam Romani Pontificis aut generalis Concilij decreto approbatus vnquam imposuit: Quomodo excusabuntur hi qui fœdißimos, craßißimos, perniciosißimos errores ab omni* ECCLESIÆ *antiquitate, ab omni summorum Pontificum, generalium Conciliorum, sanctorum* PATRVM *authoritate verißime, grauißime, apertißime damnatos amplexari & admirari non dubitant?*

*Placet merito Candidatorum nostrorum prudentia, placet merito constantia, qui quæ sequenda in Iustiniano, secuti sunt hactenus, quæ cauenda cauerunt hactenus eo animorum ardore & studio, vt mirum non sit si hodie à clarißimis clarißimatus honore, vt Veteres loquebantur, à Doctoribus & Antecessoribus suis Licentiæ Docturaque titulis condecorandi omnino iudicentur. Pergant laudanda facere, pergant quæ rata fuere in Iustiniano imitari strenue, odisse contraria, pergant obseruare ea fideliter & alacriter, quæ vere magnus* ECCLESIÆ *magnæ apud Constantinopolim Diaconus Agape-*

*petus ipsum quoque grauiter Iustinianum monuit, quibus & quamdiu Imperator aurem præbuit, iuste recteque Imperium administrauit, vbi vero deflexit, & sibi & Imperio nocuit.*

Sceptrum Imperij, *inquit ille*, cum à DEO susceperis ô Imperator, cogitato quibusnam modis placere ei possis, qui id tibi dedit, & quia omnibus prælatus es, magis omnibus eum honorare festina. Porro æqua lāce tam ad amicos quam ad inimicos vergens, iudicandi munus obito, neque beneuolis gratificans ob beneuolentiam, neque maleuolis resistens propter inimicitias. Quoniam eiusdem absurditatis est, & iniustum vt iustum probare etsi sit amicus. Et iniuriam iusto inferre etsi sit inimicus. Malum enim vtrobique simile est tametsi in contrariis inueniatur.

*Sed desino iam & vos Candidati spectatissimi hanc Agapeti pulcherrimam de religione & pietate, de iustitia & æquitate paranesin non tam verbis quam factis ad quemcunque vitæ statum perueneritis, sicut hactenus ita & deinceps approbaturos & ad-*

*adimpleturos certissimo mihi polliceor. Ergo ne diutius vestra morer merita, vestra differam gaudia, agite fidem vestram, pro ut apud nos Iuris & moris est, obstringite, ea quæ Notarius prælegget sancte promittite, tum ego quem petistis honoris gradum protinus vobis valde volens valde cupiens impartiar.* Dixi.

## ORATIO XXXIX.

# INGOLSTADIENSIS ACADEMIÆ ACROAMA.



ERE *magna* Magnifice Domine Rector, cæterique auditores & spectatores præstantissimi & exoptatissimi, *vere inquam magna & gloriosa mihi videtur hæc nostra studiorum vniuersitas: Vere celeberrimo illi orbis terrarũ Gymnasio Atheniensi iure meritoque anteponenda, quamlibet ingentibus ethnicorum laudibus decantato. Totius Græciæ oculum Athenas nominat Aristides Philosophus & Orator Atheniensis, omnium rerum optimarum patriam, omnis scientiæ artisque magistram, sapientiæ curiam, Græciæ larem, & columen, aquilam in nubibus.* Sed

*Sed quomodo D. Basilius qui vna cum D. Greg. Nazianzeno studiorum caussa Athenis versatus est? Inanem ille felicitatem Athenas appellitabat. Quomodo ipse Nazianzenus? Quas propter amicitiam cum Basilio istic contractam aureas nuncupat, easdem propter nefaria tot errorum & idolorum monstra & portenta non dubitat tanquam multis perniciosas valde contemnere.*

*Longe profecto melior longe certior studiorum dux Academia nostra cui palmam doctrinæ velle auferre, magnam sit iniuriam inferre. Nam cum duplex sit eruditio, humana & externa vna, diuina altera, certe vtriusque gloria sic nostrum nobilitat & illustrat Gymnasium vt mentis sana non sit, vel potius vt religionis Christianæ non sit, qui Athenarum cæcitatem & ignorantiam cum clarissima eiusmodi Gymnasij luce, omnigenaque scientia comparare audeat.*

*Iam quid dicam de his qui discendi caussa huc se conferunt? Quis vsquam locus in Germania imo & apud exteras nationes quo se nomen celebritasque scholæ huius non diffuderit? Quæ florent hodie in Germania inter Catholicos præsertim, siue Ecclesiasticorum siue secula-*

*rium hominum ingenia, quæ sibi hæc Schola siue docendi munere siue honorum Scholasticorum titulis ac testimoniis non pignorauerit?*

*Et dubitamus adhuc? Dubitare nos non sinit vel vnius huius mensis ex tot promotionibus publicis publica & pene continua lætitia. An non is Magisterij philosophici, Licentiæ Iuridicæ, Doctura Theologica panegyres pulcherrimas nobis exhibuit? Et nondum finis.*

*En licentiæ quoque Theologicæ competitores hodie quatuor quorum si velim encomiasten agere, magna bona copia laudis suppeteret vtique, sed onerarē vt vereor, ipsorum verecundiam atque modestiam, ijs vero qui nostrorum nouorum Theologiæ Doctorum laudes audierunt nudius tertius, repetitione tam subita non parum afferrem fastidij. Eādem enim plane ad veram & solidam doctrinæ & virtutis laudem ingressi viam, qua Doctores illi nostri ita sese gessere, vt inter Philosophos Philosophi, inter Theologos Theologi, & inter Christianos etiam Sacerdotes magna omnium præsertim autem cum præceptorum suorum approbatione consisterent, digni etiam qui in ornatissimum sacræ Theologiæ Licentiatorum ordinem*

nem

*nem plena totius collegij Theologici suffragatione adscribantur. Est in iis reformandæ & conseruandæ imaginis cælestis à Deo nobis inditæ de qua nudius tertius dictum est singulare ac perenne studium, est in iis ad agendum, ad dicendum, ad disputandum, de quo itidem disputandi genere modoque dictum est nudius tertius, acre & alacre ingenium, est in iis ardens fidei Zelus, egregia morum integritas, suauitas, grauitas, prudentia, temperantia, iustitia, fortitudo, quæ possint ædificare muros Hierusalem contra nouos Samaritanos siue Sectarios, quæ possint tanquam forti clangore muros Hierichuntinos cum forti illo Iosue disijcere.*

*Agite igitur, agite doctissimi Domini Candidati, fidei Catholicæ professionem edite, cæteraque quæ Notarius præleget, sancte promittite, tum ego oratu vestro, iussu Collegij nostri propensissimo animi mei affectu debitum honoris & amoris mei officium sine cunctatione vlla præstabo.*

Dixi.



ORA-

## Oratio XL.

# DE MEDICINÆ PRÆSTANTIA ET NECESSITATE AD CONSERVANDAM ET PROlongandam vitam humanam.

NON *detinebo vos prolixo sermone,* auditores nobilitate, doctrina & virtute præstantissimi. *Dicendum mihi in conuentu hoc medico. Ita muneris mei deposcit ratio, ita fert diligenter hactenus obseruata consuetudo. Quanam vero de re potissimum dicendum? De medicina arbitror & medico.*

*Crassus quorundam error est, superuacaneam esse vniuersam medicorum doctrinam, frustraque vlla amoliendis morbis remedia adhiberi, sic enim illi ratiocinantur*: Aut certa Dei voluntate constitutum est, ægrotus vt intereat, aut non est: si est, frustra admouentur pharmaca, cum à definita DEI sententia eluctari non contingat. Si non est, etiam sponte nullisque adhibitis medicamentis sanitas recuperabitur, quantumuis acerbi morbi premant atque vrge-

geant. *Hoc solo tam debili ac ruinoso dilemmate quanquam isti nitantur, efficiunt tamen vt multi temere ac præter rationem quacunque exhorrescant pericula, multi ne tum quidem illa metuant quando maximè metuenda sunt. An verò tam perniciosa persuasio dissimulanda est, an non potius reuincenda & procul ex hominum societate in extremas terras imo toto orbe eÿcienda? Non enim illud tantum verendum est, si apud plures tam insana inualescat opinio, ne pulcherrima medicorum scientia contemptui habeatur, verum & hoc multo magis, ne cæci mortales prius cladem patiantur irreparabilem, quam caussam cladis hanc ipsam pestiferam vesaniam possint agnoscere.*

*Quin homines isti, perspicaces scilicet, aliud insuper paradoxon ex his eliciunt, quicquid cuique in hac vita statione eueniat, qua quis ætate quo mortis genere pereat, igni, ferro, insidÿs, talem huic præfixum fuisse vitæ terminum, talem destinatum exitum, ita nimirum vt is euitare nulla ratione potuerit, quin illo die, illo mortis genere interiret. Contra hos Spermologos non Theologos, Morosophos non Philosophos decretū est mihi auditores in præ-*

ſentiarum pauciſsimis ipſam veritatem defendere, quod ſuadet mihi imprimis communis ſtudioſæ iuuentutis vtilitas, quæ cum ſæpè videat meliora, probetq́;, deteriora tamen ſequatur, quid aget ipſius recti planè neſcia? tum impellit arctiſsima quadam medicæ profeſsionis, quæ corporis ſanitatem inſtaurat, cum Philoſophia & Theologia quæ ſanitatem mentis procurant, affinitas atq́; cognatio.

Ego igitur ſic ſtatuo, quod etſi fixa ac determinata ſint cuiq́; ſubſiſtendi ſpatia à Deo, quæ nullus tranſcendere aut proferre vlterius queat, multi tamen ob varias & incidentes cauſſas citra conſiſtere poſsint, alij quod luxu vitæque intemperantia ſibi mortē accelerent, alij quod temere caſibus & periculis ſeſe obijciant, nonnulli quod ex vitiati aëris, vel morbi contagione computreſcant, poſtremò quod magna pars inedia, labore, curis, ærumnis, vigilijs, mœrore contabeſcat. Quis enim in vita mortalium huiuſmodi plurima interuenire non obſeruat? quæ vitam ſuccidant ac veluti ſtamen longius productum abrumpant, quæ deniq́; nauem in medio curſu ſcopulis illiſam diſſoluant? Quis autem tam ſtupidus aut mentis inops eſt, qui ſe non eiuſmodi periculis ſubducere enitatur, vt

Deo

*Deo duce vitæ inoffensæ cursum perficere possit?*

*Cum enim Cicerone teste omni generi animantium hoc sit à natura tributum, vt se, vitam, corpusq́ tueatur: Quis poterit esse tam stolidus & ipsius sensus communis tam expers, vt morbo correptus medicorum remedia respuat atq́ auersetur? Quis ex Scapha in mare aut flumen aliquod delapsus confestim ne in imum demergatur manum non extendat, operaq́ astantium periculo eximi non exoptet?*

*Certè qui dum robusto ac valido sunt corpore, totos se fato ipsi plusquam fatuo dedunt: cum in morbum aliquem inciderint satis ipsimet ostendunt vanam fuisse opinionem suam, nugatoriam fuisse, de præfixo vitæ termino disputationem suam. Mox enim medicos accersunt, eorum opem implorant, & si fieri posit ne latum quidem vnguem eos abesse sinunt. Quod si dilemma suum efficax putant, cur tam soliciti sunt? Cur ita de recuperanda valetudine anguntur? Cum iuxta subtilem ipsorum rationem illa aut vltro sit obuentura, aut nulla arte humana posit restaurari.*

*Age verò si isthæc rectè isti disputant quorsum illa apud Matthæum & Lucam Euangelica*

*lica cautio, quæ concedit imò iubet declinare periculum ac* dare locum iræ, *hoc enim profectò videtur agere illa Christi concio, ne quis malis occasionem nocendi præbeat, ne vltro nullaque vrgente caussa se discrimini exponat.*

*Si perinde est medicinam adhibeas vel reÿcias, periculum subeas an fugias, si tam sta-ta sunt omnia, frustra Christus pro tempore Iudæorum furori cessit, qui semel atque iterum saxis eiaculandis in illum armati erant, frustra Paulus sporta per Damasci mœnia delapsus cõiuratorum manus effugit, frustra Dauid Saulis aliorumq́; insidias declinauit atq́; diuersis itinerum ambagibus elusit, frustra tres Magi diuino commoti monitu diuersa via in patriam remigrarunt, frustra Iosephus suæ suorumq́; incolumitati consulturus clanculum cum matre Virgine puerum in Aegyptum subduxit, frustra Helias furentem atq́; omnibus vatibus infestam Iezabelem deuitauit ac centum Prophetas quos ad mortẽ furibunda mulier inquirebat, in subterraneis specubus abdidit. Ridiculè profectò hac omnia diuini homines fecerũt, si nihil arte consilioq́; res mortalium iuuari & immutari possunt.*

*Porrò*

*Porrò si naturæ ductu & instituto impellimur, vt ea quæ in perniciem nostram vergunt fugiamus, nemo non intelligit, iisdem à causis nos incitari, vt quæ salutaria sunt quæ tuendæ valetudini fouendoq́ ac conseruando corpori sunt accommodata amplectamur. Sic equidem sapiens Eccles. 28. ingruente morbo medicum acciri vult morbumq́ medicamento rite confecto expugnari, sic Paulus Timotheo vt functionem suam facilius obiret moderatum vini vsum præscripsit interdicto aquæ potu ob stomachi cruditatem & frequentes infirmitates:* non modio tamen vini, *inquit S. Paulinus in Epistolis*, sed modico vino dixit Apostolus, quo non venter distenditur, sed cor lætificatur & inebriatur ad sobrietatem, Deo cantans hymnum non solo ore sed tacito etiam corde.

*Sic Thobias perquam auide Raphaëlis consilium admisit in dispellenda cæcitate, collyrio quodam ex felle piscis confecto. Huic quiddam simile, sed magis illustri miraculo, in Ezechia rege contigit, qui cum post abitum Aßyriorum, quibus superbè ac temere thesaurum suũ ostenderat vel potius ostentauerat, vt pulchrè hanc rem si quisquam alius, Cyrillus Alexandrinus*

*super Esaiam declarat, graui à Deo morbo esset correptus, & iam moribundus in lectulo suo multis lachrymis deploraret, se immaturè adeoq; in dimidio dierum ex huius vitæ suauitate sublatum iri, mortemq; instanter à Deo deprecaretur, id quidem amarissimo fletu atq; ardentissimis precibus impetrauit, vt scilicet in quindecim annos vita ipsius propagaretur, sed non hoc contentus facto Deus fuit, sed per eundem Prophetam Esaiam per quem paulò antè mors Regi denunciata fuerat medicamẽtorum adminicula adhiberi voluit. Siquidem ille ipse Propheta Esaias confecto ex ficubus cataplasmate Regem apostemate liberauit & pristinæ sanitati restituit.*

*Quo argumento euidenter sane demonstratur, tametsi cuique certus sit constitutus vitæ terminus quem transgredi non possit, non tamen ea refugienda esse quæ nobis adiumento sunt, vt præfixum terminum assequamur, alioquin quid obstat quò minus possimus concidere in medio vitæ cursu corruere, ac quodam quasi naufragio perire, priusquam ipsum portum conspicere nobis liceat?*

*Dauid quoque Rex eadem qua Ezechias instructus religione, & haud dubie eodem Spiri-*

*in*

*tu inflammatus nec semel nec frigide orat vt finem optatum sibi detur contingere, cum enim tot malis exagitatus corporis vires adeo sentiret attritas affectasque, vt interitum pertimesceret, ne, inquit,* Domine reuoces me in dimidio dierum meorum, *quasi diceret, ne sinas Domine pracidi dies meos morborum vel calamitatum magnitudine, neque inimicorum vel crudelitate vel insidiis, sed patiaris me totum vita cursum perficere: Quem certe vt quisque feliciter emetiatur, Medicorum opera cum primis non raro opus habet. Illi enim Medici inquam, tuenda valetudinis, morbique profligandi rationes praescribunt, Illi ea ostendunt quibus sanitatem consequimur atque ad extremum terminum tanquam ad optatissimum portum tacita quadam aura prouehimur, Illi efficiunt vt dum salubrem victus rationem edocent, ad eum finem perueniamus cui sumus à Deo & natura destinati.*

*Bone Deus quot hominum myriades qui suis cupiditatibus quam Medico malunt obsequi, propere senescunt, morteque immatura extinguuntur? vt enim si cereos vento atque aura flatibus exponas citius defluere & extingui videas, ita corpus humanum multis incommodis*

*agitatum, innumeris laboribus fractum, diurnis nocturnisque symposiis, cæterisque id genus voluptatibus eneruatum non potest sane diu subsistere & ad virentem senectam pertingere. Quod hominum genus si meliorem vitæ rationem duceret, si medicorum præscriptis obsequeretur, quis dubitabit quin diutius esset superuicturum?*

*Occurrit mihi quod non ita pridem apud elegantem & antiquum Medicum Cornelium Celsum legi lib. 3. cap. 25.* Hydrops, *inquit*, facilius in seruis quam in liberis tollitur. Quia cum desideret famem, sitim, mille alia tædia, longamque patientiam, promptius his succurritur, qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas est. *Sed ne hi quidem, qui sub alio sunt, si ex toto sibi temperare non possunt, ad salutem perducuntur. Ideoque non ignobilis Medicus Chrysippi discipulus apud Antigonum Regem, amicum quendam eius nota intemperantia hominem mediocriter eo morbo implicitum negauit posse sanari: Cumque alter Medicus Epirotes Philippus se eum sanaturum polliceretur, respondit vere & acute ille Chrysippi discipulus, Epiroten ad morbum ægri, se ad animum ægri*

*grirespicere. Neque eum res fefellit. Ille enim quamuis summa diligentia non Medici tantũmodo, sed etiã regis custodiretur, tamẽ malagmata sua deuorando bibendoque suam ipsius vrinam in exitium se præcipitauit. Tanti refert ipso facto medicinam honorare, eius præscripta haud negligere, sed obseruare diligenter, magnique facere.*

*Sed lubet vlterius progredi. Si ad vitæ longitudinem vel breuitatem momenti nihil instituta hominum afferunt, si mors omnibus ineuitabili necessitate accidit, quid est obsecro cur sacra scriptura hominibus probis longæuitatis munus promittit, contra vero mortis præmaturæ & intempestiuæ metu sceleratos à vita suæ improbitate reuocare conatur? Sic enim certe Deus Opt. Max. viro pio per Prophetam pollicetur:* ipsi aderó in tribulatione, eripiam eum, glorificabo eum, longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum, *è diuerso quoque notum est illud eiusdem Dauidis:* Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, *hoc est non explebunt vitæ suæ vel dimidium.*

*In eodem argumento sanctissimus Iob cum versaretur:* facinorosus, *inquit,* antequam

cc 5 dies

dies eius impleantur peribit, & virtus eius arescet, lędetur quasi vinea florescens botrus eius, *hoc est ante diem properata morte interibit. Rursus cap. 11.* hoc scio quod laus impiorum breuis est & vita eorum instar puncti. Oculi enim impiorum deficient & numerus mensium ipsorum dimidiabitur. *Multo plura sunt in diuinis literis loca in eandem perscripta sententiam, quæ breuitatis caussa sciens prætereo.*

*An vero cum hæc intelligatis auditores, adhuc aliquid roboris videtur vobis habere cornutum illud aduersariorum argumentum?* Aut voluntate Dei diffinitum est, vt ægrotus iste moriatur, & frustra adhibentur pharmaca, inepteque tentantur remedia, aut non est voluntate Dei definitum vt moriatur, & tunc quanquam nulla adhibeantur antidota, nulla medicorum solatia, æger tamen sanitatem recipiet:

*Respondeo, si absoluta Dei voluntate definitum esset, vt ægrotus iste moreretur, argumentum procederet, & valida foret illatio illa, ergo frustra adhibentur pharmaca. Rarissimum autem hoc, planeque nobis incognitum. Si autem*

*tem non est absoluta Dei voluntate definitum vt moriatur æger, vt quidem communiter non est, sane argumentum est nullum, consequutio nulla. Relinquit enim Deus rerum naturæ & caussis secundis suum cursum, concurrit cum illis secundum modum & naturam ipsarum. Cũ agentibus videlicet necessariis necessario, cum contingentibus contingenter, cum liberis libere. Vult igitur vt æger reualescat si debitis mediis vtatur, vult vt moriatur si debita media negligat, si sibi ipse desit in his quæ requiruntur. Quid hic absurdi?*

*Cæterum si in potestate ægroti est facere ista vel omittere, amplecti salutaria, vitare noxia, bona eligere mala refugere, si non omnia solo voluntatis suæ imperio Deus peragit, sed permittit potius pleraque & cum vnaquaque caussa secunda secundum naturam illius concurrit non cogens sed disponens omnia suauiter, si denique dilemmati isti cornua sua præcisa penitusque reuulsa sunt, quid amplius nunc poterit misero illi consectario paradoxoque ad vllam sui defensionem esse reliquum? an quisquam tam ingeniosus arbiter fuerit, qui hæc conciliet, omnes homines quacunque ætate, quocunque mortis genere pereant, perire ea æ-*

tate,

*tate, eoque genere mortis ex necessitate ineuitabili & nihilo secius homines in manu consilij sui à Deo esse relictos, vt liberam habeant facultatem, vita sua cursum vel sic vel aliter instituendi, morbos depellendi vel accersendi, sacratissimis legibus vel repugnandi vel obsequendi &c.*

*Ego certe nil ambigo, auditores, quin tacitis vestris cogitationibus mihi suffragemini eum qui hoc asserat, illud necessario diffiteri, ac è diuerso qui illud fateatur, hoc necessario pernegare. Animi nostri libertatem negare non possumus, unde igitur fatum concedemus? Si fatum concedimus quomodo libertatem tuebimur? Sed quid moror in re clarissima, quam qui negauerit se ipsum refutauerit.*

*Quin igitur ad vos iam oratio mihi conuertitur adolescentes dilectissimi; vos per salutem vestram obtestor, ne vnquam tam barbaram de contemnendis medicorum præsidiis opinionem, tam perniciosum dogma persuaderi vobis patiamini, arti medicæ sua apud vos laus assignetur, suum constet decus, sua authoritas, indigni ominum appellatione censeantur, qui mera necessitate agi omnia somniant, qui salutaria medicorum auxilia aspernantur,*

*qui*

*qui expugnandis morbis frustra adhiberi remedia contendunt.*

*Laudemus nos Medicos, Laudemus Medicinam, laudemus nostrum Candidatum, quod hanc scientiam homini quam maxime necessariam iudicauit, in eaque perdiscenda vt aliquando verus & perfectus posset esse Medicus omne hactenus studium, omnem operam, omne tempus collocauit. Vtinam, vti optamus & speramus, cum magna tum sua tum aliorum vtilitate, hoc enim ipsius industria nobis promittit hoc spectat & expectat ipse quoque Serenissimus vtriusque Bauariæ Princeps Dominus noster benignissimus Gulielmus, qui eum hactenus Ducalis familiæ Medicum domesticum expertus est, & deinceps experiri cogitat. Solito ergo Candidatus iuramento sese obliget, tum ego quod paulo ante à me petiit, ei statim tribuam publicum honoris decus & testimonium.*

Dixi.

FINIS.